pronior ad miſerendum q̄ȝ ad pu
niendum. ſed deus dedit homini
bus demones ad exercitium vt ha
betur per apoſtolum ad epheſios
vltimo capitulo Vbi dicitur Non
enim eſt nobis colluctatio. ergo
videtur q̄ multo fortius dederit ā
gelos ad cuſtodiendum. Et ſic pa
tere poteſt primum. ſcilicet ipſo
rum angelorum cuſtodie conueni
entiam.

¶ Circa ſecundum principale eſt
notandum q̄ angeli preſeruant
homines a peccatis ipſos cuſtodi
endo. vnde apocalip. vij. capitulo
dicitur in principio capituli. Vidi
quatuor angelos ſtātes ſuper qua
tuor angulos terre tenentes quatu
or ventos ne flarent ſuper terram
neqȝ ſuper mare. neqȝ ſuper vl
lam arborem ¶ Qui quidem an
geli dicuntur quatuor propter qua
druplex miniſterium gratie refre
nantis. quod ſuper hominum mē
tes exercent. Hij autem quatuor
angeli ſtant ſuper quatuor āgulos
terre quia officiuȝ habent referādi

quatuor malas affectiones · a qui
bus malis affectionibus omnis
mala temptatio terrena conſurgit
ad precipitandum hominem in
peccatis · D ·

Affectiones namqz male ⁊ inique
per quas peccata omnia in nobis
veniunt ſunt iſta quatuor · gaudiū
dolor . ſpes · ⁊ timor Nam per
gaudium qđ eſt in nobis quedam
porta. intrant omnia peccata gau
dij mundam ⁊ vane leticie . ſcilicet
commeſſationes · ebrietates luxuri
e · impudicitie ſcurrilitates. immū
ditia ⁊ fornicationes adulteria · ſtu
pra. ſacrilegia inceſt? · ſodomie. ab
uſus vxorum ludi vani . cantus.
coree . ſoni laſciui. vanitates iuue
num ⁊ mulierū . ⁊ plura alia hijs
conſimilia · que omnia gaudia va
na refrenant ⁊ temperāt in nobis
ipſi angeli per dolorem ⁊ triſticiaz
Illuminant enim angeli ipſi men
tem hominis ⁊ in genium vt mēs
doleat cognita veritate . Ingerunt
autem menti cognitionem ſuiipſi-
us cognitionem peccati . eciam in
gerunt ipſius mundi cognitionez
⁊ hoc per cognitionem dei . In cog
nitione ſui mens humana plorat
conſpiciens in ſe dei ymaginem
confirmatam culpe ſubiugatam ·
gracia priuatam . a gloria exulatā
in ferno obligatam In cognitione
peccati intelligit in ſe peccati turpi
tudnem multitudinem magnitudi
nem . ⁊ ingratitudinē In cognitio
ne mundi q9 gaudia mundi decipi
unt . faſtidiunt · ⁊ deficiunt ſicut
pſalmus · teſtatur dicens Mane
ſicut herba tranſeat · mane floreat
⁊ tranſeat . veſpere decidat indu
ret et areſcat Et auguſtinus de mū
do loquens ait O munde in mun
de qui homines illaquare nō deſi
nis · quieſcere non permittis · ra
pere omnes queris. promittis vi
tam et das mortem . promittis pa
cem et das diſcordiam · gaudium
et das tribulationem . Surgat er
go ille venerabilis pater adaz vna
cum filijs ſuis et vno ore loquan
tur et dicant verum vitā ſine mor
te habuerint . pacem ſine diſcordia
gaudiuz ſine tribulatione . ſacieta
tē ſine e ſurie Beatus ergo qui tibi
reſiſtit · ſed beatior qui a te illeſus
receſſit. Ex hijs omnibus lumen
dei refulget in tabernaculis men
tis Vnde oritur timor ad deum iuſ
tum · et amor ad deum pium ·

Hij angeli ſemper clamant mū
di contemptum · ſuperbia luxurie
et auaricie deſpectum et omnium
concupiſcenciarum odium · Inde
apocalipſis decimo quarto dicitur
Et eciam alius quidam angelus
locutus eſt dicens . Cecidit cecidit
babilon · Babilon ciuitas magna
que vino fornicationis ſue potauit
gentes omnes · In quibus verbis
clamat omnia mundana gaudia
contempnenda · Et primo auari
tiam · cum dicit · cecidit cecidit ba
bilon · q̄ confuſio īterp̄tat̄ . ⁊ deſig
nat mūdi hui? fatuitatē q̄ mūdani

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ſtatuerunt oculos ſuos declinare ī
terram quos deus creauit ad celos
erectos. Et quia auarus ideo dicit
bis cecidit. Nam primo cadit per
mortem ſicut ait propheta dauid ī
pſalmo. Dormierunt ſompnum
ſuum ⁊ nichil inuenerunt omnes
viri diuitiarum in manibus ſuis.
Secundo cadit per mortem ſpiritu
alem ſicut de diuite epulone ſcrip-
tum eſt Luce decimo ſexto capitulo
Mortuus eſt diues ⁊ ſepultus eſt ī
inferno. ¶ Secundo clamat cō
temnendam eſſe ſuperbiam ⁊ va
nam gloriam cum dicit ciuitas illa
magna. Superbia namq; magnā
reputari ſe facit. Sed deus ſuperbis
reſiſtit. humilibus autem dat gra-
tiam. Jacobi quarto. Vnde ad ſuꝑ
bum per Jeremiam quinto capitu
lo dicitur. Ecce ego ad te dicit domi
nus exercituum venient dies tui.
⁊ tempus viſitationis tue. ⁊ cadet
ſuperbus ⁊ corruet ⁊ quis ſuſcita-
bit eum. ¶ Tercio clamat con
temnendam carnis concupiſcen-
tiam: Vnde addit. quia vino fornica
tionis ſue potauit omnes gentes.
Contra quos dicitur Ozee quarto
Fornicati ſunt ⁊ non ceſſauerunt
quoniam deum reliquerunt Et ſic
patet quomodo āgeli refrenāt gau
dia vana per dolorem ⁊ triſticiā.
Per dolorē ⁊ triſticiā ſcilicet mūdi
intrant animam multa alia pecca
ta que omnia ſunt terribilia ⁊ do-
loroſa. ſicut ſunt guerre. parcialita
tes. violencie. ſecte. homicidia. īdig
nationes. odia ſuſpitiones. perfi-
die contentiones. contumelie male
dictiones. detractiones. murmura
tiones. diſcordie diuiſiōes. iudicia.
falſa proditiones. accuſationes. re-
belliones. perſecutiones. inobedien
tie filiorum. ⁊ aliorum ſuperiorū.
īiuſticie vindicte. ⁊ alia hĳs ſimilia
que omnia per dolorem ⁊ anguſti-
am animam noſtram intrant. Hec
omnia in nobis refrenāt angeli ad
ducentes gaudia ſpiritualia in no
bis. cum beato appſtolo paulo di-
cente. Gaudete in domino. Iterum
dico gaudete. Incitant ad amorem
virtutum. ad leticiam conſcientie.
ad contemplationem glorie beato-
rum. ingerentes menti illud dictū
beati apoſtoli pauli. Non ſunt cō
digne paſſiones huius temporis
ad futuram gloriam que reuelabit
in nobis. Vnde Apocalipſis decīo
capi. ſcriptum eſt. Vidi angelū for
tem deſcendentem de celo amictū
nube ⁊ nix in capite eius ⁊ facies e
ius erat vt ſol. ⁊ pedes eius tāquā
columpna ignis. ⁊ habebat in ma
nu ſua librum apertum. Vnde an
geli ſuccurrunt menti anguſtiate ꝑ
ſeptemplicem gratiam hĳs ſignis
demonſtratā. ¶ Prima vocatur
gratia fortificans. vt ſcilicet fortes
ſimus contra aduerſa. ido dixit for
tem. ¶ Scd̄a vocat gratia huīliās.
vt ſcz ſubditi ſimus diuine volun
tati. ideo dicebatur ſuperius deſcē
dentē. deſcenſus enim humilitatē
⁊ paruitatem demonſtrat.

¶ Tertia vocatur gratia ↄtriſtãs
ſcȝ de patientia habita in aduerſis.
ideo dicebatur de angelo in loco ſu
pra dicto. amictum nube . in nube
enim que pluit doloris lacrima et
cordis triſtitia deſignatur. vnde ꝓ
pheta dauid in pſalmo ſic loquitur
Fuerunt mihi lacrime mee panes
die ac nocte ⁊ cetera . ¶ Quarta
vocatur gratia timorans· ideo ſub
dit de angelo nix in capite eius.
¶ Quinta denominatur gratia iocun
dans. ideo ibidẽ ſubditur facies eꝰ
ſicut ſol qui ſuo ſplendore totuȝ le
tificat mundum. ¶ Sexta eſt in
flãmans quia pedes eius id eſt af
fectiones tamq̃ȝ colũpna ignis eo
qꝛ ĩflammat affectus ad verũ gau
diũ eternoꝝ. ¶ Septĩa eſt gratia
irradiens ſcȝ animã de preteritis ꝑ̃
ſentibus ⁊ futuris. Ideo ſubdit qꝛ
habebat liberum apertũ ⁊ hoc mõ
ãgeli ↄſeruant per gaudium ſecun
dum deum· dolorem ſecundũ mun
dum ¶ Per ſpem ſcȝ ꝑ̃ſũptuoſã
intrant multa alia peccã que ſunt e
latioẽs. contẽptus ꝓximi . obliuio
dei. admonitionuȝ ↄtẽptus . ſecula
ris gloria. faſtus. pompa. gloria .
malicia· curioſitates. irreuerentia.
vana gl̃a· iactantia· ipocriſis. am
bitio dignitatum. defenſio peccato
rum. fractio votorum. corumpere
malo exemplo ꝓximum· ↄſuetudo
peccandi· aſſiduitas recidiuandi. q̄
oĩa in ſpem erigentia angeli per ti
morem dei refrenant· Vnde ſcribit
apoca. iiij · Vidi alterum angelum
volantem per medium celi habẽtẽ
euangelium eternum. Et ſequitur
dicens. Timete deum ⁊ date illi ho
norem. quia venit hora iudicij eiꝰ.
Tria eñi menti male ſperanti ſua
det hic angelus ſcȝ dei timorem · di
honorem. iudicij pauorem· Dei tio
rem dicendo illud qḋ ſcribitur apo
cã· xv. Magna ⁊ mirabilia ſunt o
pera tua domine deꝰ omnipotens·
iuſte ⁊ vere ſunt vie tue dñe rex ſã
ctorum. quis non timebit te domi
ne: quia contra iſtos qui nõ timẽt
dicit pſal· Contritio ⁊ infelicitas ĩ
vijs eoꝝ ſcilicet qui ſpem in tranſi
torijs habent et viam pacis nõ ↄg
nouerunt quia non eſt timor dei ã
te oculos eorum. Ideo dixit. Time
te deum. quia vt dicitur Eccleſia .
xv. : qui timet deum nihil negligit
Secundo ſuadet honorem dicens ·
Date illi honorem. Vnde prouer :
v· Hõra deum et valebis: Et xp̄c·
: qui hõrificauerit me hõrificabit e
um pater meus: Tertio ſuadet iu
dicii pauorem dicens . quia venit
dies iudicii eius ſcilicet generalis
perditionis ⁊ punitiõis. vnde pſ̃.
Iudicia dei abyſſus multa. quia ſi
non ſtatim punit deus et flagellat
non tamen eſt aliquis malus qui ĩ
pũnitus diſcedat. Et hoc modo an
geli preſeruant homines a ſpe pre
ſumptuoſa per dei timoreȝ· per dei
honorem. per iudicij pauorem.
Per timorem mũdanũ intrãt ĩ no
bis multa peccata: ſcȝ timores· per
plexitates. verecũdia de bono ope.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

mendacia periuria. falſa teſtimoni
a. dilatio penitētie. puſillanimitas
torpores· circa diuina p̄cepta· pau
pertatis abhominatio. terrenorum
mortificatio. ⁊ alia hꝛ̃s ſimilia.
Hec omnia ad inanem timorē in
ducentia angeli reprimunt per di
uinam ſpem dicentes cum pſal·
Spera in domino ⁊ fac bonitatē.
⁊ Eccī· ꝗ̄ Reſpicite filij n atiōēs ho
minum ⁊ ſcitote quia nullus ſpe
rauit in domino ⁊ confuſus eſt. iō
apo. viij. ſcribitur· Et alius ange
lus venit ⁊ ſtetit ante altare habēs
thuribulum aureum in manu ſua
Et ſequitur ⁊ impleuit illū igne et
poſuit in terram. Cum enim mun
danus timor inuaſerit mentes ho
minū ⁊ frigida eorum confregerit
corda. merito angeli ardentem ſpē
in remedium tribuunt· que quidē
eſt triplex Prima vocat̄ credēs ſcꝫ
in meritum paſſionis xp̄i. in cuiꝰ
ſignum dicitur qꝛ angelus ſtetit ā
te altare id eſt ante xp̄m glorificatū
qui in celo eſt altare id eſt alta res
quia vt ait apl̄us ad epheſi ·i· Eſt
ita altus qꝛ ꝯſtitutꝰ ē ad dexterā di
in celeſtibus ſuper omnē principa
tum. ⁊ poteſtatē· ⁊ virtutē. ⁊ dn̄ati
onem. Secunda vocatur p̄uidens
qꝛ deus omnibus rebus humanis
prouideat merito paſſioīs filij ſui.
Ideo dicitur qꝛ impleuit illud igne
altaris id eſt impletum oſtendit ig
ne perfecte dilectionis ad ſuccurrē
dum neceſſitatibus noſtris ſcilicꝫ
gueris· peſtilentijs, ⁊ ſimilibꝰ Ita

vt quilibet dicere poſſit illud Iere·
decimo quinto Spes mea tu in die
afflictionis mee. ¶ Tertia eſt
ſpes incidens ſcilicet mentē· ⁊ ideo
ſubditur et miſit in terrā id eſt in
mentem timore et frigore congela
tam quaſi diceret chete venga elſo
go de dio quid times: Iſte eſt ignis
de quo dicit chriſtus Luce duodeci
mo. Ignem veni mittere in terrā.
⁊ quid volo niſi vt ardeat. :et
ſic per diuinam ſpem angeli amo
uent a nobis mundanum timorē
Et ſic patet ſecundum principale.
ſcilicet quomodo angeli preſeruent
nos a peccatis. Vbi dicebatur āge
lorum pudicicie preſeruantiam.

:E:

Circa tertium principale ſcien
dum eſt qꝛ angeli q̄ꝫ diu ſumus in
hac vita peregrinationis nunq̄ꝫ
nos relinquunt· ſed ſemper nobis
aſſunt preſentes ad adiuuandum
ne pereamus. ¶ Hec autem eſt
ſententia ſancti Thome ſecunda
ſententiarum diſtinctione vndeci
ma articulo quarto in reſponſio
ne principali talem aſſignans ra
tionem. ¶ Cum autem ita ſit qꝛ
cuſtodia angelorum ſit quedam ex
ecutio diuine prouidentie oportet
idem eſſe iudicium de diuina pro
uidentia et angelorum cuſtodia.
¶ Diuina autem prouidentia nun
quam reliquit hominem ex toto q̄a
vt dicit Gregorius. Omnia in ni
chilum tenderent niſi manus con
ditoris teneret illa· ſed bene verum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

eſt q̀ magis ⁊ minus puidet diuer
ſis ſcd̄m eoꝝ ꝯditionē q̄a iuſtis bn̄
puidet iuxta pſ̄. Oculi dn̄i ſup iuſ
tos ⁊ aures ei⁹ ī p̄ces eoꝝ: qb⁹ adeo
pfecte puidet vt oīa eis cooperent̄
ī bonū vt dr̄ ad ro. viij. Sꝫ malos
ſcd̄m aliqd̄ derelinqd̄ īquātū pmit
tit eos ſubiacere tribulationibus.
etiā qd̄ grauī⁹ eſt in pcc̄ā ruere. vn̄
ad ro. i. ca. dr̄. Propterea tradidit
illos de⁹ in repbū ſenſū. Similiter
etiā āgeli aliq̄s magis bene cuſtodi
ūt q̄s iuſtiores ꝯgnoſcūt aliq̄s aūt
min⁹ cuſtodiūt īquātū iuſti dei iu
dicio aliquē a pcc̄ō nō retrahūt. nū
quā tamē ita derelinquit quin ſit a
liquis effectus cuſtodie. inquātū a
liqd̄ malū p ipos phibet̄ ⁊ ad ali
qd̄ bonū pmouemur. Hoc etiā ali
a rōe pbari pt̄ qm̄ āgeli boni ſunt
magis pni ad adiuuandū q̄ꝫ mali
ad infeſtandū. ſed mali nūq̄ꝫ ceſſāt
ab infeſtatiōe vt dicit̄ ſcd̄a pet̄.
Aduerſari⁹ vr̄ dyabol⁹ tanquā leo
rugiēs circuit querēs quē deuoꝛꝫ.
ergo āgeli boī nūquā ceſſāt quī ſꝑ
adiuuēt ⁊ cuſtodiāt In cui⁹ ſignuꝫ
plures boni effect⁹ ex ipſis ī nobis
pueniūt. ¶ Prim⁹ effect⁹ āgeloꝝ
ē īpedimēta boni ⁊ occaſiōēs pcc̄ī
remouē. Vn̄ Exodi dr̄. Mitte āgelū
pcurſorē q̄ excitat yebuſeū. ¶ Se
cūd⁹ ē tēptatiōēs mitigāe. Vn̄ Da
niel iij. dr̄. Angel⁹ dn̄i deſcendit in
fornacē ¶ Terti⁹ ē ꝯtra hoſtes vi
ſibiles adiuuāe vt pꝫ libro Regū.
vbi heliſe⁹ vidit caſtra angeloꝛuꝫ.
¶ Quart⁹ ē orōnes nr̄as ⁊ elemo

ſinas deo p̄ſentāe ⁊ p nobis orāe.
pꝫ p Thobiaꝫ qn̄ orabat cū lacris
¶ Quint⁹ ē viā oñdere. vt pꝫ p
Thobiā Ego ducā ⁊ reducaꝫ.
¶ Sext⁹ ē ſeipm̄ ⁊ alia ſecreta reuela
re Thobie xij. Sū Raphael āgel⁹.
¶ Septi⁹ ē a pcc̄is ꝯſurgere actuuꝫ
xij. Surge velocit̄. ¶ Octau⁹ ē ad
feruorē excitare. tertij Re. xix. Grā
dis tibi reſtat via. ¶ Non⁹ ē nos
in tribulationib⁹ ꝯſolari. Thobie
x. Forti eſto animo. In primo eſt
vt a deo curreris. ¶ Decim⁹ ē po
teſtates ꝯtrarias arcere. ne tantum
nocere valeant quātū vellēt. ſicut
pꝫ in Thobia :qualit̄ angel⁹ ali
mo deuꝫ ligauit. Ecce quō angeli
nos ſemper cuſtodire laborant: re
frenāt. ⁊ dirigūt. bn̄ ergo dictuꝫ eſt
ſuperius Angel̄ ſuis mandauit de
te ⁊ cetera. amen.

¶ Feria ſecūda prime.
Sermo de iudicio generali.

Ecce ego ipſe requiraꝫ oues
meas Eze. xxxiij. ca. Non
nullos ad bene operādū ⁊
ad penitēdū ducit amoꝛ ⁊ caritas.
aliquos ſpes venie. plures āgeloꝝ
cuſtodie. quoſdā vero timoꝛ īferna
lis pene. ad quā tēpore iudicii mit
tent̄ oēs rei ſicut ſcribitur Mathei
xxv. Ite vos maledicti in ignē eter
nū. Et Mat. xxii. Ibunt hii in ſup
pliciū eternū. Hic ē q̀ hodie de di
uino iudicio loq̄ intēdo. vt ſi q̄ ſint
q̄ amore ad pnītēdū trahi non pn̄t.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ſaltē iudicij timore induratū· vn
de oratius Oderunt peccare boni v
tutis amore· oderunt peccare mali
formidine pene. ¶ A
¶ Sed anteq̄ʒ ad perticularia deſcen
damus primo quedam communia
videamus que ſunt iſta·
¶ Cum de quolibet homine fiat iudi
cium ꝑticulare immediate pꝰ mor
tem ⁊ iudicetur iuxta eius merita
vt patet luce viceſimotertio de la
trone cui dictum eſt· hodie mecum
eris in paradiſo· qui immediate pꝰ
mortem premiatus eſt Et luce deci
mo ſexto de diuite epulone qui cū
mortuꝰ eſſet ſepultus eſt in īferno
qui īmediate condempnatus eſt ad
penas infernales· cur ergo habet fie
ri iudicium generale ī quo requirit
dominꝰ oues ſuas vt dicitur ī the
mate ⁊ congregabuntur ante euʒ ō
nes gentes· vt dicitur in euangelio
hodierno· ¶ Ad hoc poſſet reſ
ponderi ꝙ iudicium ꝑticulare fit ī
mediate poſt mortē a deo de q̄libʒ ꝑ
ſona ſed iudicium vniuerſale non
fiet a deo ſed a xp̄o ita ꝙ ſicut ſunt
diuerſi iudicatores ita varia agūt
iudicia Sed ſcd̄m ſanctū thomā ter
cia parte queſtione· lix. articulo. iiij
in r̄ſponſione principali dicitur ꝙ
iudicium de aliqua re mutabili per
fecte dari non poteſt āte ſui conſū
macionem· ſicut iudicium de aliq̄
actione dari nō poteſt quouſqʒ nō
ſit conſūmata ⁊ in ſe et in ſuis effe
ctibus Similiter de homine non ꝑt
ferri aliquod iudiciū ꝑfecte anteq̄ʒ

eiꝰ vita terminet̄ eo ꝙ poteſt mul
tipliciter mutari de bono ī malum
⁊ ecōuerſo. vnde apoſtolꝰ ad hebre
os ix· Hominibus ſtatutum eſt ſe
mel mori poſt hoc āt. iudicium Sed cuʒ
homo poſt ſeparationem anime a
corpore ad huc viuat. relinquit ꝙ
īmediate poſt mortē non poteſt da
ri ꝑfectum iudicium de ipſo. Quin
qʒ enim mod̄ viuit hō poſt morteʒ
Primo in memorijs hominum vi
uit in quibꝰ quandoqʒ contra veri
tatem remanet bona fama vel ma
la. ſicut dicit auguſtinus ꝙ multa
corpora ſanctorum venerantur hic
in terris quoꝝ aīe cruciantur in in
ferno Secundo viuit in filijs q̄ ſūt
de ſubſtantia patris. ſcd̄ʒ illud ecci
xx. Mortuꝰ eſt pater illius ⁊ quaſi
non eſt mortuꝰ. ſimilem enī reliq̄t
poſt ſe ¶ Tercio viuit quantum ad
effectum ſuoꝝ operum· ſicut ex de
ceptione arrij ⁊ aliorum heretico
rū quorum ad huc viuit memoria
ꝓpter eoꝝ opera. ſimiliter de fama
apoſtoloꝝ quorum fama exiuit in
omnem terram· ¶ Quarto viuit
quantum ad corpus quod quādoqʒ
honorifice tradit̄ ſepulture ⁊ ſic re
manēt eius memoria propter nobi
les exequias ¶ Quinto viuit q̄ʒ
tum ad ea in quibꝰ affectum ſuum
fixit puta in quibuſdam tempora
libus que magno tēpore durabūt
vt in edificijs caſtrorum ciuitatum
⁊ domoꝝ Omnia autem ſubdunt̄
exiſtimationi diuini iudicij ⁊ ideo
de hijs omnibus perfectum ⁊ ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

niſeſtū iudiciū haberi non pōt qꝫ
diu h⁹ tēporis curſ⁹ durat Et ꝑpt̄
hoc oportet eē generale iudiciū ī no
uiſſimo die in quo illud qd̄ ad vnū
quemqꝫ hoīeꝫ ꝑtinꝫ quocūqꝫ mō
ꝑfecte et manifeſte diiudicetur . ⁊ hī
eſt qd̄ dicitur iohannis .xij. Sermo
quē locut⁹ ſum vobis ille vos iudi
cabit in nouiſſimo die. Et de hoc iu
dicio generali fit mentio in epl̄a . ī
euangelio. dic hiſtorias ſi vis ¶ Cir
ca iſtud iudiciū tria videbim⁹ B

¶ Primo occaſionem.
¶ Secundo indignationem
¶ Tercio executionem

¶ Circe ꝑmū ſciendū ꝙ tria ſunt
pccā horrenda ꝑpter que contra ra
cionalē naturā iraſcitur de⁹ . ſcꝫ ſu
ꝑbia. q̄ offenditur d⁹ . ꝑ ſpiritū. lux
uria q̄ offenditur de⁹ ꝑ corpus . ⁊ a
uaritea qua offenditur de⁹ ꝑ tpaleꝫ
ſubſtanciā vn̄ de hijs peccatis dici-
tur ioba. ij . Omne qd̄ ē in mundo
aut ē concupiſcentia carnis aut cō
cupiſcentia oculoꝝ aut ſuꝑbia vite
ſcꝫ ergo hec tria pccā tria ſunt ge-
neralia iudicia dei ¶ Primū iā fac-
tū ē cōtra ſuꝑbiā ⁊ hoc iā fcm̄ fuit
contra angelos dō rebelles de q̄ iu-
dicio apo. xij. dicitur Factū ē ꝓliuꝫ
magnū in celo. ⁊ ſeq̄t̄ Et piect⁹ eſt
draco ille magn⁹ ſcꝫ āgel⁹ q̄ noīat̄
diabol⁹ ⁊ piect⁹ ē in terrā et āgeli
eius cū illo miſſi ſunt Et paulo āte
ait ꝙ draco cauda ſua trahebat ter-
ciā partē ſtellaꝝ id ē angeloꝝ celi ⁊
miſit eas in terram . ¶ Secundum
factū eſt contra luxuriaꝫ de quo ge

neſis vi. ſcriptū eſt. Videns autem
deus ꝙ mlt̄a malitia hominū eſſꝫ
in terra ⁊ cuncta cogitatio cordis
eſſet intenta ad malum omni tēpo
re penituit eum ꝙ hominem feciſ-
ſet in terra . Et ſequitur ꝙ induxit
diluuium ad delendum omneꝫ car
nem dicens delebo inquit homineꝫ
quem creaui a facie terre . Sed no-
ta quomodo deuꝫ penituit qa pn̄a
non cadit in deo nec ip̄e dolere pōt
de eo quod fecerit qꝫ ſic non eſſet ſū
ma ſapieutia ⁊ prudentia. Ideo di
cendū eſt ꝙ illud habet ſano modo
in telligi . Nā cū dicitur penitet me
feciſſe hominē id eſt ego penitenciā
portabo quia feci hominem . quia
xpriſtus filius dei paſſur⁹ erat ꝑp
ter peccatum hominum qui nunq̄ꝫ
peccaſſent niſi creati fuiſſent Ter
cium iudicium futurū eſt qd̄ qui-
dem fiet contra auaritiam per ignē
ſicut per malachiam domin⁹ quar
to capitulo ait. C

¶ Ecce dies venit ſuccenſa ſicut cami
nus et erunt omnes ſuperbi et om-
nes facientes impietatem ſicut ſti
pula et flammabit eos dies veniet
dicit dominus exercituum qui nō
relinquet eis radices ⁊ germen . Et
merito in hijs talib⁹ iudicijs cōdig
ne date ſūt pene Nā ſuꝑbiētes āge
li ſūt hūilitati. ⁊ defluentes ꝑ laſci
uiā in defluentib⁹ aq̄s ſūt ſubmer
ſi. et īſatiabiles auari ſuis ſubſtāci
is īſatiabilit̄ cōcupitis totalit̄ ert̄
īſacīabili igne cōbuſti Tāto eī mir̄
bili⁹ erit h̄ iudiciuꝫ quāto alia duo

aliquid reliquerunt. qꝛ de primo iu
dicio remanſerunt due āgeloꝝ par
tes. de ſcḋo remāſerūt octo aīe vt di
cit beatus petrus in prima canoni
ca ca. iij. Sed de hoc tertio nullꝰ re
liquetur in terra. vnde in mathea
xxiiij. ca. ſcriptū eſt. Cum videritis
abhominationē deſolationis ꝙ dic-
ta eſt a daniele in loco ſācto ſuo vt
qui legat intelligat. vt qui ſunt in
iudea aſcēdāt ad montem. ꝗ ī tecto
non deſcēdant aliquid tollere de do
mo qui in agro nō reuertentur ac-
cipere tunicam ſuā. ve in vtero ha
bentibꝰ et cetera. Vñ notanter iero-
nimus per abhominationem ydo-
latriam intelligit quia ſancta ciui-
tas iheruſalem deſtructa fuit quan
do ydolum adriani in templo poſi
tum ē de hoc vide clariꝰ in ope au-
rea beati thome vbi declaratur iſte
textꝰ ꝑ ſacros doctores de ydolatri
a ꝑ ſimilitudinem dicti danielis de
ſancta ciuitate iheruſalē que venit
in abhominationē ꝓpter ydola Vñ
notantur aduerte ꝙ nec ſuperbia
nec luxuria ſunt idola. licz idola di
ci poſſint ſicut ⁊ auaricia que ē ido
lorum ſeruitus vt dicit apoſtolus
ad galathas quinto. ca. Cum non
ſint dicta idola deſolationis. ſed ſo
lum auaricia qꝛ ex iudicio auaritie
nullus reliquet in terra. vnde p̄s
Ignis ante ipſum p̄cedet ⁊ inflam
mabit in circuitu id ē vniuerſo mū
do inimicos eiꝰ. Hoc eni volēs xp̄s
exp̄mere notanter conq̄ritur de opi
bꝰ miſericordie non exercitatis. ſꝫ
ē de operibus omiſſionis ⁊ ꝓpē
auariciam derelictis in iudicio agꝫ
Quid ergo de opibus cōmiſſionis
.i. de furtis. rapinis. vſuris. ꝓditi
onibus. homicidijs. ⁊ ſimilibꝰ Ve
ve ve vobis qui hic habetis cōſola
cionē in terra id ē in rebꝰ terrenis
vt ſcribitur in apoca. Ex hijs breui
ter habet ꝙ ex cauſa deus mouetur
ad ſꝫ iudiciū generale ī quo requiēt
oīs oues ſuas. ⁊ hoc patet de p̄mo
principali.

Circa ſcḋm principale ſciendū
ꝙ ſicut dominꝰ dedignatus ē con-
tra ſuperbiam angelorum in tm̄ vt
eos ad tartara p̄cipitaret eterna Et
cōtra luxuriā in tm̄ vt ſolum octo
aīe remanerent in terra vt ex p̄cedē
tibus patet. ſic ⁊ quodāmō terribi
liꝰ dedignabitur contra auariciam
mūdi. ita vt nō dicat tm̄ ſicut tpe
diluuij dixit. Me penitet feciſſe ho
minē ſed penitet me redemiſſe ho-
minē De hac vltima indignatione
dei contra mūdū apoca. x. ca. ſcrip
tū eſt ad litterā Et angelꝰ quē vidi
ſtantē ſupra mare et ſup terram le
uauit manū ſuā ad celuz ⁊ iurauit
ꝑ viuentem in ſecula ſeculo. ꝗ qui
creauit celū et oīa que in eo ſunt
ꝙ tempꝰ āplius non erit. Hoc in
diebꝰ vocis ſeptimi angli cū cepe-
rit tuba canere conſummabit miſ-
terium dei In quibus verbis oſten
dit ꝙ ſeneſcente mūdo in ſceleribꝰ
iraſcetur cōtra eū iudex viuorum
⁊ mortuoꝝ ſciz xp̄s. cuiꝰ ire nemo
reſiſtere poteſt vt dicit iob nona ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Et in euaſibilis erit illi9 furor · Et
maxime D
ꝑpter tria Primo quia ē īfinite po
tentie· ſcdo qz eſt īfinite ſapientie ·
tercio qz ē īfinite iuſtitie. ¶ Primo
erit turbatus xp̄s contra mūdū ī q̄
ē infinita potentia ꝑpterea punire
poterit celeſtiſſimū mundū Et de h̄
ait iohannes Angel9 quē vidi ſtan
tem ſupra mare et ſupra terrā leua
uit manū ſuam ad celū Quid ꝑ ā-
gelū hunc niſi xp̄m q̄ ꝑ yſaie.xi . ca.
dicit9 ē magni conſilij angel9 . q̄ vi-
ta parit ꝫ doctrina de mundo non
diligendo magnitudine conſilium
fecit. ſupra mare ꝫ ſup terrā dicit
qz ipſi poteſtas maris ꝫ terre tradi
ta eſt In terra ſigna fecit ꝫ ſup ma
re ſiccis pedib9 āmbulauit . Sed con
uenientius ſupra mare ꝫ ſup terrā
dicitur ipſi ſtare. qz poteſtatem ha
bet cui vult ꝫ pſpera ꝫ aduerſa diſ
tribuere. mare enī amarum ꝫ fluc-
tuoſos per aduerſa ſeculi amarat ·
Terra aūt fructifera ex qua delicie
creſcunt mundi pſperitatem deſig
nat vtri9 qz enim fortune diſpenſa
tor eſt xp̄s. teſte. pſal· qui de ſe ait .
deus me9 es tu ī manib9 tuis ſor
tes mee. nec ſolū in iſtis īferiorib9
poteſtatē habet ſed etiā in celo· ꝑp-
terea angelus ſtās ſupra terrā leua
uit manum ſuam ad celum · Quid
enim per manum criſti niſi omni-
potentiam eius que equalis eſt pa-
tri conuenientius demonſtratur .
Hanc poſtulabat propheta ꝑ incar
nationem mitti in mundum cum
dicebat. mitte manum tuam de al
to vſqz de manu filiorum alienoꝝ
Et pſa·xlviij. Manus mea funda
uit terram ꝫ dextera mea menſa eſt
celos Ipſe enim eſt per quem ſunt
facta omnia ꝫ ſine ipſo factum eſt
nichil· vnde ergo manū ſuaꝫ leuat
ad celū qz eandē cū patre habet om
nipotentiā . Ideo mathei xxvi . ca.
de ſe ait Data ē michi oīs poteſtas
in celo et in terra . Et iterū p̄s ait ·
Altitudo man9 ſuas leuauit. hui9
aūt man9 ſp̄us ſanct9 digit9 ē ·
¶ Scdo erit turbat9 contra mundum
qz ē infinite ſapiētie ꝑpterea puni-
re ſciet Et ideo iohānes ſubdit . Et
iurauit ꝑ viuentē ī ſcl'a ſeculoꝝ In
quo quidem iuramento certitudo
oſtenditur futurorum cum omnia
que diuino concilio dictata atqz diſ
finita ſunt nequaq̄z iterari poſſūt
Qui enī ſentenciā ꝑpter peccatoꝝ
penitentiā variat ſicut patet ione
tertio de niniuitis ꝑhabitū concili
um de iuſtificatione vel punitione
eoꝝ nequaq̄z mutat· vn̄ viſelimoſe
cundo queſtione.xlv. Incommuta
bilis nominatur et p̄s ait · iurauit
dominus et non penitebit eum In
ducit ergo iuramentum diuinum .
diuini conſilij immutabilem firmi
tatez · ꝑpterea ad heb. vi. apoſtol9
ait . q̄ habundantius deus volens
oſtendere pollicitationes et heredi
b9 immobilitatem concilij ſui· inſ
poſuit iuramētū Et hoc habetur qz
nemo appellare poterit. vnde io'
Nō ē q̄ de manu mea poſſit eruē

Tercio erit turbatꝰ contra mū
dū qꝛ eſt infinite iuſticie ideo vult
punire malos ⁊ reddere vnicuiqꝫ
iuxta opera ſua ꝓpterea addit io-
hānes ꝙ tēpꝰ āpliꝰ nō erit. pōt eī
hoc referri ſpecialiter ad merita iuſ
toꝝ ⁊ demetria repboꝝ. Tempus
ſiquidem p̄ſentis vite ad merēduꝫ
eternitatem hominibꝰ indultū eſt.
Ideo tempꝰ āpliꝰ non erit ſcꝫ me-
rēdi vitā eternā nec āpliꝰ erit tp̄s
penitendi. qꝛ vt iohēs criſo. ait Nec
penitentie locꝰ nec ſatiſfaciendi tē-
pus ideo iohānes ait ꝙ in diebus
vocis ſeptimi āgeli cum ceperit tu
ba canere conſūmabitur miniſteri-
um dei. Iſta vox ſeptimi āgeli erit
tempꝫ ſeptime etatis. tūc conſum-
mabitur miniſteriū dei id ē oīa que
fienda ſunt in iuditio. Et hoc de ſe
cundo E

Circa tercium principale ē notā
dū ꝙ in execūtiōe iudicij vt p̄s teſ
tatur. Anteqꝫ xp̄s veniat iudicare
viuos ⁊ mortuos. ignis āte ipſuꝫ
p̄cedet ⁊ inflāmabit inimicos eius
Terribilis nempe erit hic ignis. qꝛ
virtute diuina ⁊ ignis qui manet
in ſpera tua atqꝫ ignis mūdi huiuſ
⁊ purgatorij ⁊ inferni ſimul conue
nient ꝑuenientes faciem iudicis Et
in diuino iudicio fiet ꝙ vnuſquiſꝫ
q̄tuor ignīū officiū ſuū exercebit.
Nam ignis terreſtris purgabit iuſ
tos. puniet malos. curabit corpora
⁊ conſumet terrenaſcentia. Ignis
autem elementalis elementa ſubti
liabit atqꝫ ad innouationem diſpo
net Ignis autē purgatorij purga-
bit electos illos q̄bus purgacio ne
ceſſaria erit Ignis aūt inferni impi
os iam incipiet cruciare. Poſt hoc
ſequitur quod apoſtolus p̄mo ad
thimotheum. iiij capitulo ait Ipſe
dominus in iuſſu ⁊ in voce archā
geli ⁊ in tuba dei deſcendet de celo.
q̄ tuba erit vox xp̄i dulciſſima iuſ
tis. ſed terribilis cōtra īꝓbos into
nantis et dicētis Surgite vos mor
tui et venite ad iudiciū ſicut p̄s ait
Deus deoꝝ dominus locutus ē Et
vocabunt terram id ē totum huma
num genus ad iudiciū ſuū. ꝑmmo
ad huiꝰ iudicij ſētentiā vocabit ſu
peros ⁊ inferos vniuerſos. dicens
illud p̄s Audite celi que loquar. au
diat terra verba oris mei. Et alibi
idem ait Aduocauit celū de ſurſū ⁊
terrā diſcernere populū ſuū. Tan
ti nēpe terroris erit illa vox xp̄iſti
Surgite mortui venite ad iudiciuꝫ
vt iheronimꝰ recordatione illiꝰ vo
cis terrefactus dicere audeat. Siue
cōmedā ſiue bibā ſiue aliquid agā
ſemꝑ michi videt̄ in meis auribꝰ
ſonare illa vox. Surgite mortui ve
nite ad iudiciū Tunc oēs mortui re
ſurgent ad īperiū xp̄i ⁊ cōparebūt
corā eiꝰ maieſtate. ſicut apoſto. ad
cor. v. ca. ait Oēs nos manifeſtari
oportet ante tribunal xp̄i. Sedebit
xp̄s ī eminētiſſimo loco ſupra val
lem ioſaphat. ⁊ oēs ſancti cū eo.
mali vero inferius in terra quā di
lexerunt Et hoc oſtenditur in euan
gelio hodierno ī quo ponūtur tria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

conſideranda. pͥmū eſt maieſtas tri-
umphal' ibi cū venerit filius homi-
nis Scōꝫ eſt equitas iuſticial' ibi tūc
dicet rex. terciū eſt irreuocabilitas e-
ternal· ibi ibunt hij in ſuppliciū m
eternum· f

Circa primū nota ꝙ habebit triū-
phalē aduentū ⁊ triūphalē preſſuꝫ
Triūphalē aduētū oſtēdunt q̄tuor
ſcꝫ incertitudo iudicij. plenitudo. i-
perij celſitudo . pulcritudo cōſortij
¶ Primū ponitur in euāgelio cum
dicitur cū venerit· vnde tēpus non
ponit nec in ſcriptura ponit' tēpꝰ
alicubi· Nā apoſtolꝰ ait · Dies do-
mini ſicut fur veniet. ⁊ mat xxiiij.
ait De die āt iſta ⁊ hora nēo ſcit · et
actuū Nō ē vrm̄ noſſe tpa vel mo-
menta ¶ Scōꝫ etiā ponit' ī euāgeli
o cū dicit' filiꝰ hoīs . vbi īnuit' ꝙ
erit deꝰ et hō q̄ iudicabit mūdū Nā
aliqs alioꝝ hoīm erit iudex qꝛ non
ſūt filij hoīs ſed hoīm Nec adā qꝛ ū
fuit filiꝰs hoīs ſꝫ a deo creatꝰ. nec e
ua q̄a non fuit filiꝰ ſed filia. Hic er
go erit filiꝰ hoīs ſcꝫ ītemerate vir-
ginis ad denotādū ꝙ erit deꝰ et hō
Vnde īquātū deꝰ erit iudex ordina
riꝰ ſed inquantum homo erit iudex
delegatꝰ · vnde p̄s ait Deus nr̄ ma
nifeſte veniet ſciꝫ in pͥmo aduētu q̄
ſub vmbra noſtre carnis latuit ſed
non ſilebit ſcꝫ in ſcōo aduētu ſicut
fecit ante pilatuꝫ quando non re
ſpōdit ei verbum ¶ Tercium poni
tur in euangelio cū dicitur ī maieſ
tate ſua ſcꝫ glorioſa. ⁊ ſicꝫ iuſtis ap
parebit gaudioſus dāpnatis tū ap

parebit terribilis Vnde in eoꝝ pſo
na iob capi .xxiiij. Quis michi tri-
buat vt in iferno ꝓtegas me ⁊ ab
ſcondas me donec ꝑ tranſeat furor
tuꝰ Et malachie tercio . Quis pote
rit cogitare dieꝫ aduentus eiꝰ ⁊ q̄s
ſtabit ad videndū eū Et p̄s . Quis
nouit ptātē ire tue et pretimore tuo
iram tuaꝫ dinumerare. vn̄ dicit gre
go. ꝙ mali mallēt eſſe in īferno q̄ꝫ
videre xp̄m iratum ¶ Quartū etiaꝫ
ponitur in euangelio vbi ponit' et
oēs āgeli eius cū eo Erūt ibi beata
virgo ⁊ iohā. bap· ⁊ oēs apoſtoli ⁊
omnes ſācti. vnde mat· xix· criſtus
dicit Amen dico vobis ꝙ vos qui
ſecuti eſtis me in generatione cum
ſederit filiꝰ hoīs in ſede maieſtatis
ſue ſedebitis et vos ſuper ſedes xij·
iudicantes xij tribus iſrahel Circa
triumphaleꝫ proceſſum erunt qua
tuor ſcꝫ magnitudo triumphi mul
titudo collegij. diſſimilitudo meriti
aptitudo loci· Primum ponit euan
gelium Sedebit ſuper ſedem maieſ
tatis ſue de qua ſede ait p̄s. Tronꝰ
eius ſicut ſol in conſpectu meo . Et
alibi Sedes tua deus in ſeculum ſe
culi. virga directionis virga regni
tui · Secundum etiam ponit euan
gelium quia dicit. Congregabunt'
ante eum omnes gentes. Tercium
ſimiliter ponit. quia ſeparabit eos
ab inuicem ſcꝫ merito ⁊ pena oues
ſciꝫ iuſtos ⁊ hedos ſciꝫ iniuſtos .
Quartum etiā ponit euangeliū q̄a
oues ponit adextris hedos aūt a ſi
niſtris. q̄ſi diceret hos apꝓbo q̄ rcā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

via inceſſerunt· illos dampnat qui
a bona via deuiauerūt· iuxta quod
pro. iiij· dicitur· Vias que a dextris
ſunt nouit deus. peruerſe vero que a
ſiniſtris ſunt Circa ſcdm ſcȝ equi-
tatem iuſticie duo notanda ſunt ſcȝ
remuneratio iuſtoꝝ. ⁊ punitio malo-
rum ¶ Circa primū erunt quatuor
bona· ſcȝ glorificationis ·cōmenda-
tionis. humiliationis . approbatōis
Primum ponit euangeliū vbi ait
Venite benedicti patris mei percipi-
te regnū vobis paratum a conſti-
tutione mūdi . O vox omni ſuaui-
tate ⁊ iocūditate plena O vox gau-
dioſa Secundum ponitur in euā-
gelio vbi dicitur Eſuriui et dediſ-
tis michi manducare. ergo frange e-
ſurienti panē tuuȝ vt dicit yſaias
lviij. ca· Sitiui et cetera Si inimic⁹
tuus ſitit potū da illi ſicut ait apl's
ad roma. xij . Hoſpes erā et cetera
hoſpitales inuicem ſine murmu-
ratione ſicut petr⁹ primo cano · ait
iiij. Nud⁹ eram ⁊c. Cū videris nu-
dū operi eū ⁊ carnē tuam ne deſper-
eris iſaie. lv· Infirm⁹ erā ⁊c· ergo
non te pigeat viſitare infirmū ecci
xi In carcere erā ⁊c. ergo viſita in-
carceratū exēplo regis de quo legit
iere. xviij. q̄ ieremiā pphetā in car-
cere viſitauit De ſeptimo nulla mē-
tio fit q2 miſericordia ſit proximis
ſed hī mortuus nequaq̄ȝ ē mēbruȝ
xpi· ſicut ait apl'us ad hebre. v. xp's
autē ſemp viuēs ē Et nota q̄ hic
ſpecialiter fit mentio de operibus mi-
ſericordie ppt' duo. Primo vt nos
incitet ad miāȝ. ſcdo ad oſtēdenduȝ
q̄ mirabiliter miſericordia ſuper-
exaltat iudiciū ⁊ vincit rigorē iuſti-
cie. vn̄ petrus rauennas in quodaȝ
ſermone ait In regno celi coram ō-
nibus angelis in conuictu reſurgē-
tiuȝ q̄ abel paſſ⁹ ſit q̄ mūdū ſal-
uauit noe. q̄ abraham fidē cuſtodi-
uit. q̄ moyſes legeȝ tulit· q̄ petr⁹
reſupin⁹ crucē aſcendit deus tacet.
et clamat q̄ð paupi datum ē dicēs
Eſuriui et dediſtis michi mandu-
re. q̄ enī miſericors ē· dign⁹ miā ē
hec ille Tercium ponitur in euāge-
lio qū iuſti indignos ſe reputabūt
tanta gloria. vbi euangelium dicit
Tūc reſpōdebūt iuſti· dn̄e qn̄ te vi-
dim⁹ eſurientē· vſqȝ in carcerē ⁊ ve-
ni⁹ ad te. hoc autē non q̄ſi ignoran-
tes dicent ſed admirantes ſup tāta
vnitate capitis et mēbroꝝ xpiſti.
Quartum etiam ponitur in euāge-
lio qū ſubdit . Reſpondens rex dicȝ
illis Amē dico vobis q̄ȝ diu feciſtis
vni de hiis fratrib⁹ meis minimis
michi feciſtis· Scda autē retrebutio
erit punitio ipioꝝ Circa quā ſequē-
tur q̄tuor mala. ſcȝ dampnationis
exprobationis· lamētationis· et con-
firmationis Primū poit' in euāge-
lio cum dicitur Diſcedite a me ma-
ledicti in ignē eternuȝ q̄ parat⁹ ē di-
abolo et angelis ei⁹ O infelix diſceſ-
ſio et ſeparatio ab oī bono. o verbuȝ
pungens vſqȝ ad effuſionem ani-
me Scdm poit' in euāgelio quā-
do exprobrantur ipiis de ipietatibus
ſuis cum ſubdit Eſuriui et non de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

diſtis michi manducare· q̄ſi diceret
miaz non feciſtis mia ꝓuabimi̅ .
Terciū etiā ponit̄ ī euāgelio quia
tanta erit cecitas dāpnatoꝝ vt deū
fallere arbitrēt̄ q̄ ī hoc ſc̄lo hoīes
decipe cōſueuerunt· iō ſubdit̄ Tūc
rūdebūt ipſi ⁊ dicent Dn̄e qn̄ te vi
dim⁹ ⁊c̄. Quartū etiā ponit̄ ī euā
gelio vbi xp̄s īiuſtis rn̄s dicit Amē
dico vobis q̄z diu non feciſtis vni
de minorib⁹ meis nec michi feciſtit
¶ Circa terciū ſcz ſn̄īe irreuocabili·
tatē erūt due ſn̄īe irreuocabiles ſcz
eterne dāpnacōis ⁊ īfinite glorifi·
cationis. qz ait p̄s · Que procedūt de
labiis meis non faciā irrita· p̄mū
tāgit in euangelio xp̄s. Ibūt hīj in
ſuppliciū eternū Data hec ſn̄ia q̄d
agēt ipīj pc̄cōres ? q̄ terrore pauef
cent ? q̄ latibulo abſcōdēt̄ q̄ mero·
re marceſcent Supra erit iudex ira
tus. ſubt̄ inferu⁹ ꝑparat⁹. iuxta ō
nes ſcī iudicis ſententiā app̄bātes
⁊ dāpnatoꝝ crimina cognoſcētes. cō
tra āgeli boni ad tartara ꝓpellētes
a dextris pc̄cā accuſātia. a ſiniſtriſ
demonia ad infernū trahentia· in·
teri⁹ conſciā remordes · exteri⁹ mū·
d⁹ ardēs· vn̄ tot⁹ ille ignis q̄ ꝑceſ·
ſit faciē iudicātis ⁊ oīs calamitas
cōglutinata īuoluet ⁊ cōtrahz pec
catores ad īferos· vn̄ ſcdꝫ hugonez
libro q̄rto de aīa. Quiſputas tunc
meror erit. q̄ triſtitia· cū ſepabunt̄
īpīj a conſortio ſcōꝝ a viſione dei.
⁊ traditi ī demonū poteſtate ibūt ī
ignē eternū . ibi qz erūt in luctu et
gemitu ſine fine· vbi erit dolor ītol

lerabil̄ fetor īcōpabil̄. tīor horribi
lis. mors corpis ⁊ aīe. ſine ſpe ve·
nie ⁊ mīe. ¶ Scdꝫ tangit euāge
liſta cū ſubiungit Iuſti aūt in vitā
eternā vbi noīe eterne vite dat̄ ītel
ligi gloria ſēpiterna. vbi iocūditas
ſine merore vitas ſine diuiſione. ſa
cietas ſine faſtidio. ꝑpetuitas ſine
tedio Formoſitas mſ̄cū admirabi
lis. ſanitas incōmutabil̄ · libertas
ſūma . dignitas alta ⁊ excelſa· con
formitas voluntatū . ſocietas dig
nitatū· ſecuritas in auariata. ⁊ trā
quillitas cōſūmata conſiſtit Et ſic
ptz terciū principale Congregabū
tur ergo āte eum oēs gentes ſcz tā
boni q̄z mali· Amen ·

¶ Feria tercia prime · ſermo de ti
more mortis

Querite dominum dum
inueniri poteſt. inuoca
te eum dum prope eſt .
yſa. lv. capitu . Licet ti
more iudicij tam terribilis vt dictū
fuit heri mſ̄ti ad bene operandum
inducantur . quia contra peccato
res inemtabilis erit illa ſententia
iudicis et de manibus eius nullus
eruere poterit· vt dicit iob Aliud ta
men eſt q̄ plures alios ad bene o
perandum et ad penitendum inci
tat ſcilicet timor mortis . poſtq̄z
mortem ſciunt peccatores nunq̄z
poſſe peccare . nec poſſe penitere ·
vnde pſal. decimotercio . Circunde
derunt me gemit⁹ mortis dolores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

inferni circundederunt me In qui-
bus verbis hij duo timores ponun-
tur·ſciz timor iudicij cū dicit̄ dolo-
res inferni circundederunt me·⁊ ti
mor mortis cum dicitur circūdede
runt me gemitꝰ mortis·⁊ non ſo-
lū mortis qua aīa ſeparatur a cor-
pore ſed etiā mortis qua deus ſepa
ratur ab aīa Eandē ſententiam po
nit iob capitulo.x. Peccantē me co
tidie ⁊ nō me penitentē timor mor
tis conturbat me qꝛ in inferno nul
la ē redēptio miſerere mei deꝰ ⁊ ſal
ua me·ideo ꝓpheta dicebat A

¶ Querite dominū dū inueniri poteſt
id ē o homines ante tēpꝰ mortis
agite penitenciā qꝛ tunc inuenitur
dominꝰ difficile valde ē ipſū inueī
re illo tēpore quoniā vt dicitur in e
uangelio ꝑ matheū.xxi.ca. Illo tē
pore cōmota ē uniuerſa ciuitas. ſi
eſt tpe mortis cōmouetur totus hō
qui ē ad modū ciuitatis vnio ⁊ voca
tur minor mūdus vnde dicit ariſto
tiles qꝛ dicit̄ microcoſmꝰ id ē mun
dus minor Quō autē cōmouetur
totus hō patet qꝛ dolet caput dolet
corpus·dolent labia. dolent mēbra
cuncta·⁊ viſcera conquaſſant̄·ꝓ-
pe aſtat vxor. conſanguinei. medi
ci.⁊ totꝰ cumulꝰ parentele circon
ſtat Vnꝰ conſolatur afflictū. alius
ſpē porrigit ſanitatis·medelat me
dicus·⁊ ordinat ille. alius dat ſiro
pos. alter addit ēplaſtꝝ·fiunt frica
tiones. aq̄ roſea infundit̄ ad ma
nus·pedes ⁊ crura fricantur ⁊ cū
hijs oībus non conualeſcit dolens
torquetur corpꝰ et reaſcēdit. vndē
deſcēderat. et de tāto ac acerbo cru
ciatu ait vero illō pſalmi Dominꝰ
opem ferat illi ſuꝑ lectū doloris eiꝰ
vniuerſū ſtratum eiꝰ verſaſti in in
firmitate eiꝰ. qꝛ ſtans in lecto lamē
tatur. clamat·vlulat. heu heu heu
he he he·vnde cū iſtis ſic tota citas
cōmouetur id ē totus hō ille·tunc ū
ē q̄rendus deꝰ·cum alias hō ſit oc
cupatꝰ et intentus. ideo ī themate
dicebat̄ Querite dominū dūꝫ inue
niri pōt et derelinquat ipiꝰ viā ſuā
et vir iniquus cogitationes ſuas et
reducat̄ ſcꝫ ad penitendū āte tēpꝰ
mortis qꝛ tunc tota ciuitas cōmo
uetor vt dicitur ī euāgelio. vnde de
pe.di.vi.ca. Non eſt deſperādꝰ·di
cit cyprianꝰ·Nec dignꝰ eſt in mor
te accipere ſolatiū q̄ ſe non cogita
uit moriturū·Et ieronimꝰ·Nunq̄ꝫ
peccat q̄ ſēꝑ ſe cogitat moriturū Vn
de patꝫ qꝛ plures incitātur ad bene
operādū ⁊ ad penitendū mortis ti
more. ergo q̄rite deū ⁊ cetera dic hiſ
torias epiſtole ⁊ euāgelij ſi placꝫ Et
vt habeatur timor mortis iſto mōe
dicimꝰ de doloribꝰ q̄s habēt ī mor
te exiſtentes·

¶ Circa quos dolores tria conſide
rabimus.

¶ Primo magnitudinem.

¶ Secundo maioritatem.

¶ Tertio maximitatem·

B ¶ Circa primum
tres ſunt magni dolores q̄s habēt
morientes. ¶ Primus vocatur do
lor cogitationis. Vnde quatuor co

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

gitationes cruciant mētē moriētis
ſcꝫ cogitatio doloris. amoris. timo
ris. ⁊ ſpei. Hij ſunt q̄tuor cogitacō
nū venti de qbꝰ in daniele ſcriptū
ē Quatuor venti pugnabant ī ma
ri magno id eſt ī amaricata mente
magni pccōris. Ex vna parte in-
ſurgit cogitacō doloroſa. eo ꝙ mēſ
a corporeo dolore trahit̄ ⁊ quaſſat̄
vñ grego. ait Egritudine opꝑmen
te nichil de deo cogitare poteris. qꝛ
dirigit̄ tota ītentio mētis vbi ſen-
tit̄ vis doloris Ex altera ꝑte cōſur
git cogitatio amoroſa videlicet, a-
mor filiorꝝ. vxoris. amicorꝝ. diuitia
rū. bonorꝝ. ſtatꝰ. ⁊ bonorꝝ oīm que
viueas in mūdo vicioſe dilexit Vñ
ecci. xxxiij. Vir in mltis expꝰtꝰ ſiue
bonis ſiue malꝭ cogitabit mlta vi-
delicet ſcōꝫ ea q̄ expꝰtꝰ eſt Ex alia ꝑ
te īſurgunt cogitationes timoroſe
timet mortē. pauet infernū. ſcꝫ al
terꝝ abhorret. ita vt vere dicere poſ
ſit cū ꝑs. Timor ⁊ tremor venerūt
ſuꝑ me ⁊ contexerīt me tenebre Diſ
ferent̄ tñ timent iuſti mortē ⁊ pccō
res. Nā xp̄s timuit mortē. vnde ce-
pit tedere ⁊ pauere Et q̄ ſit differē
tia exēplo oñdit̄. Nā ſi eſſent duo
in carcere quorꝝ vnus exſpectaret
ſuſpendi aliꝰ liberari. ābo timerēt
exire carceres añ iudicē. vnꝰ ne mo
reretur aliꝰ ne verecūdaret̄. ſic con
tigit de carcere corꝑali cū inde per
mortē egrediūt̄ iuſti ⁊ pccōres. vñ
apo. ad ephe. ꝑmo ca. ait Cupio diſ
ſolui et eſſe cum xpriſto. Et ꝑs.
Edux de carcere animam meam.

ſed mali paueſcunt ne dāpnentur
Ex alia parte conſurgunt cogitacō
nes ſpei ſperat enim peccator ī fir-
mus mortem euadere adhuc viue-
re. ⁊ id ſperat ſic eē quia quod ſpe-
rat vellet Contra quos dicit pſal.
Viri ſanguinum ⁊ doloſi non dimi
diabunt dies ſuos Cuius exēpluꝫ
habetur luce. xij. de diuite qui lōgā
vitam ſibi ſpondebat dicens Aīa
mea habes mlta bona poſita in an
nos plurimos requieſcere comede.
bibe. ⁊ in iſta ſpe exñs audiuit vo-
cem dicentē O ſtulte hac nocte mo
rieris. Secundꝰ magnus dolor ē
priuationis. Nam quatuor rebus
priuatur. pꝛīo mundana gloria. o
quantus dolor cum ſe priuari con-
ſpicit mundana gloria. pōpa. ⁊ ſu
perbia mundiali. in quibus poſu
erat totam ſpem ſuam et videt ſe
experiri quod yſaie quarto ſcriptū
eſt. Omnis caro fenum et omnis
gloria eius quaſi flos feni. exſicca
tum eſt fenum et cecidit flos eius.
Nam flos eſt marceſcens dum mo
ritur qui olim floruit dum florida
etate florido mundo florido corde
ſtetet. qui flos vtiqꝫ cadit dum fe
num corporis contabeſcit. et eti-
am verificatur illud quod ait ꝑs.
Mane ſicut herba tranſeat ⁊ cetera
Cumqꝫ in extremis laborat et ora
pallent. fatiſcit ſpiritus. areſcūt
inēbra. oculi concauantur. lingua
palato adheret. omnes ſenſus to-
tumqꝫ exhauſtum corpus clamare
videntur illud ſapientie quinto ca.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Quid ꝓ fuit nobis ſuperbia nõſ-
tra. aut diuitiaꝝ iactantia contulit
nobis. tranſierunt hec oīa tamq̄ꝫ
vmbra. ¶ Scđo priuatur delicijs
carnis. delecta vxore. amatis filijs.
ꝓbatis luxurijs. conſuetis ſolacijs
ſonis. cantilenis. ludis. vnde hugo
libro de aīa Quid ꝓficit iſtis in an
nis gloria. breuis letitia. mūdi põ-
pa. carnis voluptas. falſe diuitie.
magna familia. ⁊ magna cõcupiſ-
centia. Vbi riſꝰ. vbi iocꝰ vbi iactā
cia. vbi arrugantia. De tāta leticia
quanta triſticia. ꝑ voluptatē tātaꝫ
tam grauis miſeria. de illa exulta-
cione. ceciderunt in magnā ruinaꝫ
⁊ in magna tormēta Et pſal. Quō
facti ſunt in deſolationē. ſubito de
fecerunt perierunt ꝓpter iniquita-
tem ſuam ¶ Tertio ꝑuatur diuitijs
quas tanto laboꝛe acquiſiuit. tanto
timore ſeruauit. ⁊ nunc tāta dolo-
re reliquit. vñ iob viceſimoſecundo
ca Diues cū dormierit nihil ſecū af
feret. ⁊ apiet oculos ſuos ⁊ nichil i
uenerunt oēs viri diuitiaꝝ in maī
bus ſuis. Et alio pſ. Ne timueris
cū diues factꝰ fuerit hō ⁊ cū multi
plicata fuerit gloria domꝰ eius. O
falſum teſtamentū. aīam diabolo
relinquit. ⁊ corpus vermibus diui
cias mundanis hominibꝰ Vnd pſ
Relinquunt alienis diuitias.
¶ Quarto ꝑuatur amicis in qbꝰ ha
bebat ſiduciā. vnde ꝓpheta Male
dictꝰ hō q coufidit ī hoīe ¶ Terciꝰ
magnus dolor ē ſepationis Non ē
ita contrarius dolor in ſcłō q̄ꝫ ſe-
paratio aīe a corpe. cuiꝰ rationē aſ
ſignat augꝰ in libro de aīa ⁊ dicit
Quia aīa recedens a corpe trahit ō
nes potentias ſecū imaginationeꝫ
rationē. intellectū. intelligentiam.
concupiſcentiam. iraſcibilitatē: Ex
hijs ſcđm merita afficitur ad dolo-
rem et delectationem Hec ibi. et hec
de pmo ſatis ¶ Circa ſcđm princi
pale tres maiores labores īuenio
qui accidunt hoī tpe mortis
¶ Primꝰ vocať dolor dubitationis
O quantus timor et tremor quan-
do pccōr videt ſe morti ꝓpinquuꝫ
et euadere nequaq̄ꝫ poſſe Talis nē
pe ſcđm criſoſtimuꝫ in ſermone de
patientia moriens cuntos ſalutat
donec ſue mentis dñs ē. donec ſua
lingua loqui poterit Valete inquit
amici mei et dñm ꝓ me orate. Iter
enī pergo extraneum qđ nunq̄ꝫ ā-
bulaui. in regionē longinquā queꝫ
nūquā vidi et in ſeculū alteꝝ vnde
nullꝰ reuerſus ē. et in mantiones
metuēdas. ad quas nullꝰ me comi
tatur. co ad iudicem terribilem vbi
neſcio qđ michi contingat. Ecce q̄
ro adiutorē. et non ē qui me eripiat
quero qui me comiteť ⁊ nullꝰ mic
hi compatitur nec de gentibꝰ ē vie
mecū. hec ille. vnde verificať illud
quod ſcriptū eſt deutrono. xxviij.
Dabo tibi cor pauidū et deficiētes
oculos et aīam conſumptaꝫ mero
re. ⁊ erit vita pendens añ te time
bis die ac nocte. vnde moriens ſeꝑ
habet dolorem dubitationis.
Cum enim anima ē quaſi a corpe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

libera in momento videt ſibi occu-
rere oīa q̄cū̄qꝫ fecit bona vł mala.
Iuſto ad leticiā ⁊ cōſolationē pccā
ri. ad meſtitiā ⁊ cōfuſionē. iuxta il-
lud apo. ad ro. viij. Diligētib⁹ deū
oīa coopāt᷑ in bonū. econtra n̄ dili
gētib⁹ dm̄ oīa coopāt᷑ in malū ſic
pccōrib⁹ accidit ipio igit᷑ ſua ſcele
ra pn̄tāt᷑. vn̄ vidꝫ pccōꝝ ſuoꝝ mł
titudinē ⁊ pitudinē. magnitudineꝫ
vidꝫ quō ifelicis aīe def pauit pul-
chritudinē Et vidꝫ quō ſubiugata
ē pccō. puata ē et ua ēgna. obliga-
ta ē iſēpitnū iferno. Iuxta dcm̄ qō
deutro. iij. ſcriptū ē Occurrent vo-
bis mala ī extremo tpe. ⁊ ecci. xi.
In fine tēporis hoīs . deuudatio
operū illius Tantus ē enī dolor ex
hiis pueniens ⁊ detectio iſta tā gra
uis ꝙ aīa turbata ī desperationis
baratrū p̄cipitare ſe cogitur Unde
clamore valido lamētabiliter dicit
Torrentes iniquitatis. cōturbaue-
runt me Tercius eu dolor citatio
nis. p̄ſentat ſe diabol⁹ aīe peccato-
ris morientis vt illam pn̄tet domi
no iudicanti clamore qꝫ valido vo-
cat eā dicens Ueni cōpare O quan
tus timor. o quant⁹ horror. o quā-
tus ſtupor. qn̄ ab infelici aīma con
ſpicient demones tāq̄ꝫ leones p̄pa
rati ad eſcā O aīa inſenſata q̄s te te
nebit in hora tante neceſſitatis. q̄s
conſolabit᷑ q̄s. comitabitur . Audi
quid a domino imponitur diabolo
corā domino aīaꝫ citāti per ieremi-
am ca. xv. Si dixerint ad te. ſcilicet
anime citate pre quo egrediemur di

cit dominus dicēs O diabole infer
nalis qui ad mortem. ⁊ qui ad gla
dium. ⁊ qui ad tormentū ⁊ qui ad
captiuitatē ſi ducis etiā ſupple du
cas me quia ſemꝑ peccaui ⁊ malū
coram deo meo quo citatus ſum ſē
per feci. Nam peccatum meum cō
tra me eſt .
Circa tercium principale ponendi
ſūt tres maximi dolores. Prim⁹
ē dolor p̄ſentationis. Nam tēpore
mortis tam boni q̄ꝫ mali compa
reat coram criſto . Ideo dicitur obi
tus. quia obuiam venit anime criſ
tus. Ex quo iuſti ſuſcipiunt conſo
lationem. impij̄ confuſionem. max
ime erubeſcentes ꝙ culpa ſua non
fuerunt ſanati ſanguine criſti Un
de apocalipſis primo cap. ſcriptuꝫ
eſt . Uidebit eum omnis oculus et
eum quem pupigerunt ⁊ tunc plā
gent eum omnes fines terre. unde
dn̄s interrogabit animam ſecun
duꝫ illud mathei viceſimoſecundo
Cuius eſt imago hec? Ubi ſunt in
ſignia precelſe trinitatis? ubi ſunt
veſtigia diuine benignitatis? ubi
ſunt incendia paterne caritatis? u
bi ſunt eloquia ſuperne ciuitatis.
Cuius ē ergo imago hec? quod eſt
illud hoſpicium quod tu contuliſti
quod eſt illud precium quod tecum
portaſti quod nam eſt conſortium
cum quo veniſti . Ubi eſt locus in
quo debes quieſcere . ubi eſt ci-
bus quo te debes reficere. ubi eſt
cenſus quo te debes redimere. u
bi eſt cetus qui te debet defendere.

Et oĩa iſta increpatiẽ dicet . ¶ Se
cundus maxim⁹ dolor ẽ examina-
tionis. Nam corã iudice conſtituta
anima examinanda ẽ ⁊ ab aduerſa
rijs diuerſimode accuſanda.
¶ Primo accuſat eã conſciencia ſua.
iuxta illũ apoſtoli ad roma. ij. Teſ
timoniũ illis reddente conſcientia
eoꝝ ⁊ inter ſe cogitatõnũ accuſãtiũ
ac defendentiũ in die qua iudicabit
domin⁹ occulta hominũ. Et p̄s in
ꝑſona conſcientie loquens ait Exiſ
timaſti inique ꝙ ero tui ſimilis ar-
guã te et ſtatuã contra faciem tuã
¶ Scdõ accuſant eũ opa ſua mala.
vñ apo. xi. dicitur. Beati qui in do
mino moriunť. ⁊ addit opa enĩ il-
loꝝ ſequunť illos: ⁊ p̄s In opib⁹
manuũ ſuaꝝ cõp̄henſus eſt pccõr.
ſicut accidit euitio qñ furatus ẽ po
ma ¶ Tertio accuſant eũ demones
vnde. apo. xi. dicitur diabol⁹ accu-
ſator fratrũ qui accuſabat illos an
te conſpectũ dei die ac nocte. vnde e
tiam aug⁹ dicit . Poſtremo aderit
diabolus ⁊ recitabit verba ꝓfeſſio
nis noſtre qui ⁊ obiciet nobis in fa
ciem quidquid fecerim⁹ . ĩ qua die
peccauim⁹ . in quo loco. O quant⁹
anime tunc tremor. O quantus pa
uor. cũ oĩa pudenda anime nuda-
buntur. vnde legeť de abbate aga-
tõ ꝙ moriens ſtetit trib⁹ dieb⁹ ocu
lis apertis. quem alloquentes fra-
tres dixerunt . Vbi eſt pater ? qui
dixit. in conſpectu diuini iudicij. Et
illi. Times pater? Ait ille. Labo-
raui virtute qua potui. Seruaui

mandata dei. ſed neſcio ſi opa mea
deo placuerunt. Nã alia ſunt iudi
cia hoĩm a iudicio dei. Quid ergo
faciet infelix pccõr cũ corã diuino
iuditio cõparebit. vnde aug⁹ dicit
ꝙ diabol⁹ corã deo ⁊ aĩa aſtans di
cet. Equiſſime iudex iudica iſtũ eẽ
meũ ob culpam. qui tuus eſſe no
luit ꝑ gratiã. tuus ꝑ miſericordiã
me⁹ ꝑ malitiã . tu⁹ ꝑ paſſionẽ ſed
meus ꝑ obſeruationẽ ¶ Tercius do
lor maxim⁹ eſt dãpnationis Cum
aĩa viderit ſe condẽpnatã ad infe
ros . Sicut apo. xi. ca. ſcriptũ eſt ꝙ
ãgelus ſcꝫ xp̄s condẽpnans aĩam
peccatricẽ clamat. animã ſcꝫ cõdẽp
nãdo quẽadmodũ leo rugiet ſcꝫ ſen
tentiã ꝓmulgando . quis nõ time
bit ſcꝫ cũ contra eũ taľ ſententia dã
da erit Et ſequitur Cũ clamaſſꝫ lo
cuta ſunt ſeptẽ tonitrua q̄ vniuerſi
tatẽ cruciantium indicant que ſũt
ſeptem ¶ Primũ ẽ dãpnũ irrecupe
rabile ¶ Scdm eſt pena intermĩabi
lis ¶ Terciũ dolor deſperatibilis
¶ quartũ confuſio intollerabiľ ¶ quĩ
tum fetor terribilis . ¶ Sextum cõ
ſcĩtio miſerabiľ ¶ Septimum peni
tentia incurabiľ . de hijs dicit p̄s .
Eteni ſagitte tue tranſeunt. vox to
nitrui tui in rota. querite ergo do
minũ tẽpore debito ne pereatis ab
extermino vltimo. Amen.
¶ Feria quarta prime ſermo de ie
iunijs.

Ambulauit in fortitudine
cibi illius vſqꝫ ad mõtẽ
dei. iij. reg. xix. ca. Supra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

dixim⁹ quō pſēs timore mortis in
citantur ad bene operandū ⁊ peni
tendū Nūc dicam⁹ quō alioꝝ exē-
plo plures alij penitentiā agūt Nā
bona exēpla mouent maloꝝ corda.
Veruꝫ qꝛ tā in euāgelio q̄ꝫ in epl'a
ꝓponunt' nobis exēpla nos ad ie-
iunandū ꝓuocantia Nā epl'a dicit
ꝙ helias in paucissimo cibo ꝑ quē
ſignificatur ieiuniū ābulauit q̄dra
ginta dieb⁹ ⁊ q̄draginta noctibus
vſqꝫ ad montē dei ꝑ quē ſignifica-
tur vita beata. ⁊ ī euāgelio de nini
uitis q̄ pacta penitētia vt ptꝫ ione
iij. meruerēt a deo liberari . Jō iſto
mane decreui aliquid dicere de ieiu
nio. A ❡ Circa qd̄ pmo vide-
bi⁹ q̄re īuentū fuit ieiuniū . Ad qd̄
rn̄s dico cū ſcō thoma ſcd̄a ſcd̄e · q·
c.xlvij. ar. v. ī reſponſione ꝙ ieiu-
niū inſtitutū eſt ab eccl'ia ꝓpt' tria .
Prio ad concupiſcētias carnis cō-
p̄mendas. vn̄ apo. ij. ad. cor. i. dicit
Jn ieiunijs. in ſcientia . in caſtitate
qꝛ ꝑ ieiuniū caſtitas cōſeruat' . Ait
eni ier⁹ Sine cerere ⁊ bacho frigꝫ
ven⁹ id ē ꝑ abſtinētiā cibi ⁊ pot⁹
tepeſcit luxuria Scd̄o inuentum
fuit ieiuniū vt mens liberi⁹ eleuet'
ad ſublimia cōtēplanda Vn̄ daniel
vt hēt' daniel' q̄rto. poſt ieiuniū tri
um ebdomadaꝝ ↄ̄uelationē accepit
a deo Et grego. in pſacōe Qui cor-
pali ieiunio vicia cōp̄mis. menteꝫ
eleuas vbi tāgit mētis purgatiōeꝫ ⁊
ip̄i⁹ eleuacōꝫ in deū propter ieiuniū
Et eod̄ ar. aſſignat rōeꝫ quare hoc
fieri debeat immediate ante paſca

quia in tali tp̄e vicia relaxantur et
mens in deum eleuatur . Relaxan
tur vicia quia in die ſabbati ſancti
qn̄ recolitur memoria dn̄ici ſepltu-
re fit baptiſmus quo mediante pec
cata relaxantur. Jn die vero paſce
qn̄ recolitur memoria reſurrectio-
nis criſti mens ad eā contēplandā
ſubleuatur Tercio ieiuniū inuē
tum fuit vt idē doctor ponit q̄ſtio-
one ead̄ ar. ij. ad peccatorū ſatiſfac
tionē. vnde iohe. ij . Conuertimini
ad me ī toto corde veſtro. ī ieiunio
in fletu. ⁊ planctu . Et ſcindite cor
da veſtra qꝛ tunc ſcinduntur corda
quando purgantur peccata Haruꝫ
rationū prima ponitur in epl'a. ter
cia in euāgelio. dic hiſtorias ❡ Cir
ca ieiunium tria videbim⁹ . Prio
qualitatem Secundo integritatem
Tercio obligationem B. Circa p̄
mum cōmuniter queritur Vtrum
ieiunium ex ypocriſi factuꝫ valeat
ad vite eterne premium . Pro cui⁹
declaratione notat ſanctus tho . ſe
cunda ſcd̄e. q. c. xi. arti. ij. in reſpō.
ad ſecundum argumentum . ꝙ q̄
dam ſimulatio eſt licita nec eſt pec
catum ſecundum rationem finis .
ſicut patet ꝙ habitus ſanctitatis
puta religionis vel clericatus ſig
nificat ſtatum quo quis obligatur
ad opera perfectionis tranſcendere
ſi per infirmitatem deficiat ab ali
quibus operibus perfectionis . bo
n⁹ tamē exn̄s. ⁊ oſtendat ſe in ōni
b⁹ ꝑfectum ne videntes oppoſituꝫ
ledant' ⁊ ſcandaliſentur non peccat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Nemo enim tenet᷑ manifeſtare pec
catū ſuum niſi in confeſſione · ⁊ ꝙ
talis ſimulatio non ſit pccm̄ hēt᷑ ī
decretis·xxij·di.q.xxv.ca. vtilem .
Vbi iero.dicit . Vtilē ſimulationeꝫ
ꝑ tēpe aſſumendā eſſe regis iſrahel
ſeu docet nos exēplū.q̄ cū non po
tuiſſet alit᷑ deſtruere ſacerdotes ba-
al.finxit ſe velle colere idola ipſoꝝ
⁊ ſic deſtruxit eos in obſequiū diui
ni cultus Et ibidē hētur exēpluꝫ de
dauid·qui cū fugeret a facie ſaul .
fugit in domo amalech regis aſſiri
oꝝ·⁊ dū ſaul.repeteret eū finxit ſe
eē fatuum.qui tn̄ non peccauit ꝙ
hoc fecit vt euaderet manꝰ illiꝰ ꝑ
diuinā voluntatē que ſic diſpoſue
rat. vt ptꝫ exēplo· Criſtus carnem
peccatricē accepit pccōꝛ tamen non
exiſtens ſed ſolū ſimilis carni pec-
catrici· vt ibidem hēt᷑ ſciꝫ viceſima
ſcđa di.q·ij·eodē.ca. Sed nota ſcđꝫ
ſanctum thomā ſecunda ſecūde.q·
c xi·arti·iiij. ꝙ ſimulatio aliquādo
ē cum peccato moꝛtali · aliquando
cū peccati veneali. Vbi ponit ꝙ in
ſimulatione duo ſunt ſcꝫ defectꝰ.⁊
oſtenſio ipſius Vbi nota ꝙ in tali
ſimulatione duobꝰ modis cōmitti
tur pccm̄ moꝛtale ¶ Primo mō qn̄
intentio fert᷑ non ad ſcītatē aut ad
veritatem.ſed ſolū vt appareat bo
nus ⁊ ſic manifeſtū eſt ꝙ hoc ē pec
catū moꝛtale.qꝛ hoc ſimulant vt li
berius poſſint vacare peccatis ſub
tali ſpē ſanctitatis·de quibꝰ dicit᷑
a btō gregoꝛio ſuꝑ iob Simulatoꝛ
⁊ callidus.ꝓuocat iram dei.quia ſi
mulatoꝛ tal᷑ aliud ſimulat. aliud a
git.caſtitatem ꝓfert luxuriā ſequi-
tur.benedicit pauꝑtati ⁊ marſubi
um replet ¶ Scđo mō ſimulatio ē
pccm̄ moꝛtale ſcꝫ qn̄ aliquis inten-
dit ſimulare ſctītatē a qua deficit
ꝑ pccm̄ moꝛtale. vt adipiſcatur ec-
cleſiaſticā dignitatē.indignꝰ tamē
exn̄s.vel q̄cūqꝫ alia bona cuius fi-
nis repugnat caritati dī vel ꝓximi
vel qꝛ vult ſeminare falſā doctrinā
vel qꝛ illis bonis vult vti ad laſci-
uiā·ſic enī eſt pccm̄ moꝛtale. Con-
tra q̊s dicit augꝰ de vita clericoꝛuꝫ
Et ponitur in decretis.xij.q . i·ca.
nolo Quicunqꝫ enī ẏpocrita ē moꝛ
tuꝰ eſt Et ābꝛo·in decretis·xxij. q.
vltima. Cauete fratres mendatiuꝫ
qꝛ oēs qui amant mēdaciū ſunt fi-
lij diaboli. non ſolū ī falſis verbis
ſed etiā in ſimulatis opibus Men
daciū ē·ſe xp̄ianū dici ⁊ opa xp̄iani
n̄ facere·mēdaciū eſt ipſum ſacerdo
tē ſe ꝓfiteri ⁊ contraria huic oꝛdini
opari.hec ibi·⁊ gregoꝛius . Vult ẏ
pocrita ſcīe diuina eloquia nec tn̄
facere·vult vt doctoꝛ loqui . nec ta
men bene viuere Et qꝛ non agit qđ
nouit.ſepe hoc ipſū qđ nouit amit
tit·Et hꝰ ſunt due figure ¶ Prima
ē.i.reg.vltimo ca. de ſaule · q̄ fecit
phitoniſſā inuocare ſamuelē Et de
mon apparuit pallio ī dutꝰ moꝛe
ꝓphetico ⁊ mentitus ē dicens ſe eē
ſamuelē ¶ Scđa figura habet᷑ in e
uangelio de ſimōe q̄ fuit angariatꝰ
vt tolleret crucē domini ⁊ eam poꝛ
tauit ⁊ tamī non eſt moꝛtuꝰ ſicut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

xp̄s ·ſic iſti ypocrite videnť porta
re crucem ⁊ plura alia bona facere
tamen viuunt mūdo q̄a ad maluꝫ
finem faciūt. vnde grego. libro· xv
moraliū ait. Portauit crucē ſimon
⁊ mortuꝰ non eſt. ſic ypocrite cruci
ant ſe ipſos tū per amorē glorie hu
mane mundo viuunt Committiť
aūt pccm̄ veniale quando intencō
ferť ad ſanctitatem ita ꝙ ſolum in
ipſa delectatur de quo philoſophus
quarto ethicorū dicit ꝙ hic denomi
nandus ē potiꝰ vanꝰ q̄ꝫ malꝰ ·Et
per hoc ptꝫ quid ſit dicenduꝫ ad id
quod primo querebatur Unde ſi ie
iuniū fiat cū ypocriſi q̄ eſt peccatū
mortale nō valet ad vite eterne me
ritum qꝛ bona facta extra caritateꝫ
⁊ in pccō non valent Unde auguſti
nus contra iulianū ſic dicit .Quid
quid ab hoīe fit ⁊ non fit ꝓpter id
ꝓpter quod fieri debet id eſt ꝓpter
deum ipſo deo non exiſtente ſine.
pccm̄ eſt·Et de penitentia diſtincti
one ſeptima capitulo Nemo deſpe
randus eſt Et ſunt verba venerabi
lis auguſtini in libro de penitentia
Scriptum eſt ſine caritate neminez
ſaluum eſſe. Et hoc ieiuniū rep̄hē-
ſum fuit a ſaluatore noſtro iheſu
xp̄o mathei ſexto capitulo in prin-
cipio. vbi dicitur Cū ieiunatis no
lite fieri ſicut ypocrite triſtes Si ve
ro ieiuniū eſt cū ypocriſi que ē pec
catū veniale ſic ē meritoriū ⁊ fruc
tuoſū qꝛ ꝑ pccm̄ veniale non amit
titur grā. vbi aūt eſt grā ibi ſunt o
pera meritoria·

Circa ſcd̄m principale Solet q̄
ri contrauerſia q̄dam inter popula
res· C

Utrū ſine elemoſina poſſint eē cō-
plete virtutes abſtinentie Pro cꝰ
declaratione ſciendū ꝙ eſt duplex
ieiuniū ſcꝫ nature ⁊ ecc̄e Primum
ieiuniū eſt abſtinere ab hiis que hn̄t
īpedire aliquā virtutem vel incita-
re ad aliqd̄ viciuꝫ· vt verbi grā. Si
vides ꝙ comedere carnes. ⁊ bibere
bona vina ⁊ fortia īpedirent aliq̊
mō bona opa. ſicut caſtitatem ora-
cionem. ⁊ alia hꝰ modi debes abſti-
nere ⁊ p̄bere opa rei licite ⁊ ab hiis
ieiunare. Et iſtud ieiunium maxīe
laudauerunt antiqui molares . Et
de cōſe· d. v· ca. nichil. vbi dicitur·
Nichil ꝓdeſt hoī ieiunare ⁊ orare et
alia bona religionis opa agere niſi
mens ab īiquitate ⁊ lingua obtrec
tationibꝰ cohibeatur Scd̄m eſt ie
iuniū eccleſie ⁊ iſtud eſt ſemel ī die
cōedere et non vltra· ⁊ eſt determi-
natū quo ad ꝑſonas quo ad cibos
quo ad tp̄s: quo ad conditioneꝫ . q̊
ad modum· D

Primo quo ad ꝑſonas quia ſoluꝫ
illi qui ꝑuenerūt vſqꝫ ad viceſimū
p̄mū annum obligantur· Quia vt
dicunt naturales natura ſemꝑ ē in
augmento vſqꝫ ad tale tempꝰ . ⁊ ec
cleſia non vult īpedire augmentuꝫ
alicuiꝰ naturale. Et hec eſt ſnīa ſci
thome ſcd̄a ſcd̄e· q. ca ·xl vii . ponit
tn̄ ꝙ iuniores debent aſſuefieri ad
ieiuniuꝫ et maxime clerici et ꝓfeſſi
in aliqua religione Scd̄o quo ad

ribos. qꝛ nō pn̄t comedi carnes nec
oua. aut lacticinia ¶ Tercio quo ad
tempus quia per tot ebdomodas
ante paſca. vnde de cō. di. v. Et ſūt
verba gre. A p̄ma dominica ergo
q̄drageſime vſqꝫ in paſca domini
ſex ebdomade cōputantur ¶ Quar
to quo ad cōditionem qꝛ mulieres
pregnantes. ſerui laborantes mul-
tum. pauperes de ſuo ſudore viuē-
tes. nutrices et curſores. ⁊ vniuer
ſaliter oēs qui aliqua graui infir-
mitate grauantur non tenētur ad
ieiuniū. ¶ Quinto ē determinatū q̊
ad modū qꝛ debet fieri in caritate.
caritas aūt ꝓuidet neceſſitati prio
rum ¶ Hiis habitis dico ꝙ ſi ieiu-
nium debet eſſe ꝑfectū oportꝫ ꝙ fi
at cū elemoſinaꝝ largitione. hanc
itaqꝫ ſnīaꝫ ponit gregori⁹ in ome-
lia p̄me dn̄ce quadrageſime dicēs
Frange eſurienti panē tuum. Nō
ſibi ſolam abſtinentiam credat ſuf
ficere cū dominus ꝑ ꝓphetaꝫ dicat
Hoc eſt ieiunium qđ elegi. frange e
ſurienti panem tuū. Et ſequitur.
Illud ieiuniū deus approbat qđ ad e
ius oculos elemoſinarū manus le
uat. quod cū proximi dilectione agit᷑
⁊ cū pietate conditur. hec ille Vn̄ ſi
debes comedere duos panes in die
cōmedas vnum cū dimidio ⁊ r̄liquū
des pauperi. ⁊ hoc mō habebis ꝑ-
fectionē ieiunij. Hanc ſentenciam
poſuit xp̄s in euāgelio mat. vi. ca.
Tu autē cum ieiunas. vnge caput
tuum ⁊ faciem tuaꝫ laua id eſt ihe-
ſum xp̄m caput tuum vnge oleo

miſericordie. quod tunc facies quā
do pauperi ſubuenies. quia quod
pauperi exhibet᷑ criſto exibetur vt
dicitur mathi. xxv. ca. Et ſequitur
⁊ faciem tuam laua id eſt animam
tuam lauare debes lacrimis pieta
tis. Ideo ſequitur ꝙ pater tuus q̄
eſt in abſcondito reddet tibi ſcꝫ pre
miuꝫ retributionis talis operis ſci
licet elemoſine. ⁊ hoc de ſecundo ſa
tis patet. E

¶ Circa tercium principale notanđ
ꝙ ieiunia ſunt in duplici differen
tia Quia quedam in dicta ⁊ impo
ſita ſunt ab eccīa vt ſunt ieiunia q̄
drageſimalia ieiunia quatuor tem
porum et vigilie ſanctorum Quedā
autem ſunt ieiunia particularia ꝑ
ſonarum vt ieiunia que obſeruan
tur per votum aut per quandam
bonam conſuetudinem. ſicut ſunt
illi qui ieiunant die ſabbati propt᷑
deuotionem beate virginis Dico er
go ꝙ ſi velim⁹ loqui de prima dif
ferentia ieiunij ꝙ ieiuniuꝫ eſt ſub
precepto quod ſi nō obſeruetur ab
illis qui ſunt in etate perfecta alit᷑
non impeditis peccant mortaliter
Et eſt iſta ſentencia ieronimi loquē
tis de ieiunio ad lucillum dicentis
In vnaquaqꝫ prouincia habundā
tes in ſuo ſenſu precepta maiorum
leges apoſtolicas arbitrantur. Si
ergo leges apoſtolice ſunt ſub pre
cepto. ⁊ leges doctorum ſunt leges
apoſtolice. ergo leges apoſtolice de
ieiunio ſunt ſub precepto. Iſta eſt
ſententia ſācti thome ſecunda ſcđe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

q.r.xlvij.ar.tercio in corpore q̄ſtio
nis vbi dicit.ꝙ ſicut ad ſeculares
principes ꝑtinet p̄cepta legalia iu-
ris natural' determinatīa tradere
de hijs que ꝑtinēt ad vtilitatē com
munē in tēporalibus rebꝰ Ita etiā
ad p̄latos eccleſiaſticos pertinet ea
ſtatutis p̄cipere q̄ ad vtilitatem cō
munē fideliū ꝑtinent in bonis ſpi-
ritualibꝰ. vn̄ dictū eſt ꝙ ieiunium
valet ad deletionez culpe ⁊ ad eleua
tionē mentis in ſpiritualia Et hēc
de cō.di.v.ca.q̄dragesima vbi dici
tur Quadragesīa ſūma obſeruatio
ne ē obſeruāda vt ieiuniū p̄ter dies
dn̄icos q̄ ſubtracti ſunt niſi quē in-
firmitas īpediret.nullateꝰ ſoluat.
Itē etiā q̄tuor tpm ē ſub p̄cepto vt
hētur.lvi.d.ca.ſtatuimꝰ vbi dicit
Statuiꝰ etiā vt ieiunia q̄tuor tpm
hoc ordine celebrent.p̄mū ieiuniuz
in īicio q̄dragesime.ſcđm in ebdo-
mada pēthecoſtes.terciū in ſeptem
bri pꝰ feſtū crucis .quartum in de-
cēbri pꝰ feſtum lucie.⁊ hoc rationa
biliter.qꝛ ſicut annꝰ ꝑ q̄tuor volui
tur tēpa .hiems ver.eſtas ⁊ autūp
ni. ſic et nos quaternū agamꝰ ie
iunium per quatuor anni tempora
hec ibi. ¶ Similiter autem et vi-
gilie apoſtolorum ſunt ſub precep-
to ¶ Si autem loquamur de ſecun-
da differentia ieiunij. ſic dico ꝙ ſi
ieiunium eſt ex voto. obligaris nō
ex precepto ſꝫ obligaris voto ſatiſ-
faciendo.ad qđ ſequitur ieiunij ob-
ſeruantia. ſi autem eſſet ex conſue
tudine que fuit longa tunc etiam
peccares ratione conſuetudinis an
tique. plus tamen et minus ſecun
dum videre patris tui ſpiritualis.
Iſti duo modi ieiunandi ſunt ſub
precepto. Et ſic patet tercium pri
cipale. Ieiuna ergo et cibus ille te
ducꝫ vſqꝫ ad montem dei ſcilicet vi
tam eternam Amen.

¶ Feria quinta prime. ſermo de
mendacio.

FAciat veritatem et iuſtus
eſt Ezechi octauo capitulo
Inter cetera que maculare
habent penitentiam noſtram et ie
iunium noſtrum de quo heri dixi
mus eſt in debitus modus loquen
di. ſiue fit per adulationem. ſiue
per detractionem. ſiue per menda
cium. ad quod tamq̄ꝫ ad genus re
ducuntur omnes alie ſpecies locu
tionis. Nam detrahere eſt contra
veritatem loqui. Similiter adu
lari eſt etiam loqui contra verita
tez. quando ſcilicet aliquis lauda
tur vel aliqua virtute exaltatur et
tu dicis ita eſſe non ꝙ ita ſit ſed vt
ei complaceas ¶. Et mendacium
nichil aliud eſt niſi loqui contra
mentem. ita ꝙ lingua vnum di
cat. et mens aliud ſentiat. Nam
cotidie iſto tempore fiunt contrac-
tus. mercantie. venditiones. com
munes ſermones. in quibus om
nibus veritas ſepe comprimitur.
et mendacium exaltatur. Ideo ho
die de iſta cohibitione lingue cir-
ca ſermones indebitos loquemur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

vt veritas manu teneatur ⁊ mēda
cium comprimatur · vnde ber. in q̄
dam ſermone ſic dicit Leuis quidē
ſermo quia leuit᷑ volat. ſed grauit᷑
vulnerat. leuiter tranſit. ſed graui
ter vrit. leuiter aīaꝫ penetrat · ſed n̄
leuiter exit. leuiter profertur. ſed n̄
leuiter reuocatur. facile volat. ideo
facile violat caritatem Teneruꝫ mē
brum lingua attamen vix teneri
poteſt. ſubſtātia quidē infirmū atꝫ
exiguū. ſed vſu magnū atqꝫ vali
dū inuenitur. hec ille Et aug⁹ ¶ In
libro tercio de verbis domī Poſuit
deus mercedeꝫ vitam. dies bonos
Dies boni ſūt vita ſine fine requi-
es ſine labore. Tanta mercede po
ſita non iuſſit onera grauia porta
re · nec aliquam erigere machinam
nec fodere · Nō iuſſit rem laborioſā
ſed membrum quod inter omnia
membra cito moues. ipſū tibi p̄ce-
pit cohibere Cohibe inquit linguā
tuam a malo Noli loqui mendati-
um · noli loqui criminationes. noli
loqui calūpnias. Noli loqui falſa
teſtimonia · noli loqui blaſphemi-
as · cohibe linguam tuam a malo.
Vide quō iraſceris · ſi q̄s de te ma-
le loquitur Quō iraſceris alteri qn̄
alter de te male loquitur ſic iraſce-
re tu tibi qn̄ de altero male loq̄ris
Cohibe etiam labia tua ne loquan
tur dolum. qđ eſt in corde tuo hoc
dicatur foris Non aliud pectus te-
gat ⁊ aliū lingua deferat. hec aug.
Et hugo libro ſecundo de anima
ſic ait. Lingua dicitur quia lingit

adulando. mordet detrahēdo · occi
dit mentiendo. ligat ⁊ ligari nō po
teſt · labilis eſt et teneri non valet ·
ſed labitur vt auguilla penetrat vt
ſagitta · tollit amicos multiplicat ī
imicos. mouet rixas. ſeminat diſ-
cordias. vno ictu multos percutit
⁊ vulnerat ⁊ interficit. blanda ē et
ſubdola. Et ſequitur. qui cuſtodit
linguam ſuam cuſtodit animaꝫ ſu
am · ⁊ mors ⁊ vita in poteſtate lin-
gue ſunt poſita. Hec ille. Ideo de⁹
per prophetam ſuam ezechielem ī
themate poſt multas admōitiones
concludit Faciat veritatem ⁊ iuſt⁹
eſt. quaſi dicere vellet · ꝙ ſi omnia
que ſunt in epiſtola conſeruaret et
cohibitio lingue non eſſet. ita q̄ ip
ſa veritas deeſſet nichil prodeſſet
Et in euangelio dicit ſaluator noſc̄
q̄ veritas liberabit vos id ē dabit
vitam eternam · vnde iſto mane lo
quemur de mendacio quod eſt pro-
prie contra veritatem. licet omnes
lingue ſpecies mendacia quodam
modo dici poſſint. ¶ Circa qđ
mendacium tria videbimus.
¶ Primo mendacij deformitateꝫ
¶ Secundo diſcreſionem
¶ Tercio multiplicitatem .B
¶ Circa primum principale dicit
yſidorus q̄ mēdacium idem eſt qđ
mendabile verbum ⁊ reprehenſio-
ne dignum · Et quia ſemper habet
rationeꝫ vicij nunq̄ꝫ aliquo modo
⁊ aliqua circunſtantia poteſt dici
mendacium ſine pccō Iſta etiam ē
ſētēcia beati auguſtini in ēchiridiō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

⁊ ponitur in decretis viceſimaſcđa
q.ij.ca michi vbi dicit' Mihi autē
non abſurdū videtur omne quidē
mendaciū eſſe pccm̄·ſed multū īt
eſt que aīo ⁊ de quib9 reb9 quiſq3
mentiatur. ideo dixit ſalomon pro
verbiorum octauo capitulo Veri-
tatem meditabitur guttur meu3.i·
nunq̄3 pferā mendaciū ex quo nū-
q̄3 poſſum pferre quin ſit pccm̄.
O quotiens peccas in die. o quot
mendacia dicis riſu ioco·truffa·⁊ ſi
milibus de quibus nunq̄3 confite-
ris·cum te peccare non credas Cō
tra te dicitur per matheum. De om
ni verbo ocioſo qđ locuti fuerīt ho-
mines ſunt reddituri rationem in
die iudicij·Sed huic ſentencie p̄ori
duo occurrunt contradicentia. Nā
primum quia contrariantur que-
dam mendacia que facta fuerunt ī
veteri teſtamento ⁊ ī nouo per ali-
quos quibus non eſt imputatum
ad peccatum. Nam abraham deſ-
cendens ī egiptum rogauit ſaram
vt ſororem ſuam ſe eſſe mentiret'
dicens Noui q̄ pulchra ſis mulier
⁊ cum viderint te egiptij dicturi ſt'
vxor illius eſt ⁊ interficient me ⁊ te
conſeruabunt· Dic ergo roga te q̄
ſoror mea ſis vt bene ſit michi pp-
ter te et viuet anima mea ob grati-
am tui. vn̄ ī hoc abrahā laudatur
Hoc idem patet de iacob cum dixit
ad yſaac petentem et interrogante3
Quis es tu fili mi? Ego ſū eſau
filius tuus primogenitus·et menti
tus eſt. q2 ipſe erat iacob nec iſti im
putatur ad pccm̄ īmo laudatur In
nouo etiam teſtamento criſt9 dixit
iohannem eſſe heliam quem tamē
ipſe iohannes alias negauerat ī ve
ritate ſe eſſe. Et iudeis xp̄s dixit·
Vos ex patre diabolo eſtis q̄ tamē
non erant filij diaboli. cum diabo-
lus de ſe generare nō poſſit Iſta et
oīa videntur eſſe mēdacia ad pccm̄
tamen non īputata. vnde patet q̄
non omne mendacium eſt peccatū
Secundum quod cōtrarietur huic
eſt. quia ponatur ī caſu q̄ tu vide-
ris ſortem interficere platonem in
aliquo loco ſecreto et ſequitur fami
lia poteſtatis inquirens iſtum. te
quidem primo reperient et dicent.
Vidiſti occiſorē hominis illi9? Si
dicis vidi ſortem occidentem illu3
capitur ſortes et decapitatur et ſic
tu es cauſa homicidij Si dicis n̄ vi
di mentiris quia eras preſēs. quid
ergo fiendum tutius eſt dicere men
dacium an occidere hoīe3? Et ſic
videtur q̄ aliquo caſu poſita aliq̄
circunſtancia poſſit dici mendaciū
abſq3 peccato Dico ergo ſicut pri9
dictum eſt q̄ omne mendacium eſt
peccatum Et vlterius dico q̄ abra
hā iacob et xp̄s n̄ ſunt mentiti qm̄
ait auguſtinus in queſtionibus li-
bri geneſis. et ponitur in decretis.
xxij.q·ca. queritur. Abraham non
ē mentitus licet tacuerit veritatē n̄
pferendo eam eē vxorem ſuā ſed di
cendo ſororē quia ſara erat ſoror ſu
a cū ipſa eſſet filia fratris ſui et āti
quit9 filie fratrū ſorores vocabāt'

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Sed contra quicūqꝫ dolo loquitur
mentitur ſed abraham dolo locutꝰ
eſt·ergo eſt mentitus. Dicitur ꝙ a-
braham non excuſatur ſimpliciter
ex verbis auguſtini · vt ipſa gloſa
ponit. ſed excuſatur per auctorita-
tem diuinaꝫ cui ex inſpiratione ſpi
ritus ſancti ſe commiſerat ⁊ in q̊
ſperabat Similiter iacob non ē mē
titus Vnde. xxij. q·ij. dr̄ ſed et iacob
dicendo ſe eſſe eſau ꝑmogenitum
non eſt mentitus . non enim dixit
ſe eſſe ꝑmogenitum naſcēdo ſꝫ ius
ꝑmogeniture eſau vēdeate rite ade
undo. Similiter xp̄s non eſt menti
tꝰ· vt ibidem hētur qꝛ non dixit io-
hanem eſſe heliā in perſona ſꝫ imi-
tatione Et ſic patet quid ſit dicen
dum ad id quod contrariabatur p̄-
ori ſententie Circa id qđ ſcđm ob
iciebatur. dico cum beato apoſtolo
paulo ⁊ cū btō auguſtino in libro
de vera innocentia ꝙ non ſunt fa
cienda mala vt ſequanť bona etiā
in magna neceſſitate. vnde nō licꝫ
tibi auferre alienum vt ſubuenias
indigenti·nec poteſt famulꝰ vel fa
mula dare elemoſinā dnī ſui eo in
uito. licet ſit bonū cibare eſurientē
nec licet tibi facere contractꝰ illici-
tos cū bona intentione reſtituendi
licꝫ reſtitutio ſit bona. vnde dico ꝙ
nō licet tibi dicere mendatium vt
ſaltem liberes a morte. ſed bene po
tes occultare veritateꝫ ſicut dicimꝰ
abraham feciſſe . non tū negare ve
ritatem qꝛ ſi abraham non dixit il
am eſſe vxorem ſuam nō tū nega
uit. vn̄ ſi fuiſſet interrogatus dix
iſſet eam eſſe coniunctam ſibi con
iugio · Poſſet āt illā veritatem ſic
occultare. verbi grā. ambula duos
paſſꝰ ⁊ dic poſtquam ſuꝫ hic non
vidi aliquem illum occidere ⁊ non
mentieris·qꝛ qn̄ fuit interfectꝰ nō
eras ibi ſed ante paſſꝰ duos Et ſic
patet quanta ſit deformitas men
dacij qꝛ non poteſt abſqꝫ pccō dici·
Faciat ergo veritatem et iuſtꝰ ē vt
dicebatur ſupra·

Circa ſcđm principale dēt eſſe
magna diſcretio ī mō loquendi vt
non dicas mendatia ſed etiam non
taceas ea q̄ ꝓferenda ſūt ſcꝫ verita
tem Vn̄ ſolet queri iſta dubitatio
Quod eſt maiꝰ pccm̄ an tacere ve
ritatem an dicere mendatium·Hāc
itaqꝫ q̄ſtionem ſolutā ponit augꝰ
in libro de verbis dnī libro ꝑmo di
cens E que reus eſt qui loquiť mē
dacium ⁊ q̄ veritatem tacet Iſte qa
noſcere cupit ille qꝛ ꝓdeſſe nō vult
hec ille Et pono exemplum·tu es ī
conſilio ⁊ ꝓponitur vna res īiuſta
ſuꝑ quam deliberabitur quid fien
dum Multi multa mendatia dicēt
Alij vero ne diſpliciant ſuꝑ hec lo
quentibus tacebunt veritateꝫ. quā
dicentes ⁊ rempublicam defenden
tes non ſequerentur effectꝰ inique
concluſionis Dico ꝙ in caſu iſto ⁊
qualibet ſimili tantum offendit il
le qui tacet veritatem q̄ꝫ ille qui lo
quitur mendacium . Et ſi arguis ·
ego reſiſto faba vel balota more ve
netorū Dico tibi ꝙ hoc non ſufficit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

qnia faba non loquitur ⁊ multi nō
informati de veritate ſequunt̄ mē
daciū·quod non ſequerentur ſi ve-
ritatem diceres Jdeo in decretis di-
citur per ſimachum papam·Error
cui non reſiſtitur apꝓbatur. ⁊ veri
tas que minime defenſatur cōpri-
mitur. Et gregoriꝰ in paſtorali ca.
xv . Et ponitur·xliiij·d·ca.ſit· Vbi
dicitur Sit rector diſcretus in ſilē-
cio. vtilis in verbo. ne aut tacenda
ꝓferat. aut ꝓferenda reticeſcat. Nā
ſicut incauta locutio in errorē per-
trahit . ita in diſcretum ſilencium
eos qui erudiri poterant in errore
derelīqt Sepe nāqꝫ rectores ī ꝓuidi
humanam amittere gratiā formi-
dantes loqui libere recta pertimeſ-
cunt. Tales etiā increpantur a do-
mino per yſaiam dicentem Canes
muti non valentes latrare Et iterū
per ezechielem xiij·capitulo dicentē
Non aſcēdiſtis ex aduerſo neqꝫ po-
ſuiſtis vos murum pro domo iſ-
rahel. vt ſtaretis in prelio in die do
mini. Ex aduerſo quippe aſcende-
re eſt pro defenſione veritatis libe-
re loqui. in prelio ſtare ē prauis de-
lectationibus iuſticie amore reſiſte-
re Et moralis ſeneca dicit Qui non
vetat peccare cū poſſet iubet . Ecce
ergo quā diſcrete loqui oporteat ne
qnis ſolum mendacium non pro-
ferat ſed etiam veritatem non ta-
ceſcat Hoc idem habetur xi. q̄ſtione
vltima ca·Nolite timere Et ſic paꝫ
ſcd̄m principale ſcꝫ que debeat eſſe
diſcretio ergo faciat veritatem vt
dicebatur .

C Circa tercium principale ſcien-
dum ſecundum ſentenciam auguſ
tini que ponitur in decretis·xxij. q.
ij. D ¶ Nota octo ſunt genera mē
daciorum. que tamen ſecundum e-
undem reducuntur ad tria genera
mendaciorum ſecundum ꝙ ponit
magiſter in tercio libro di. xxxviij· ī
principio ¶ Nam primuꝫ genus
dicitur iocoſum mendacium· ſecū-
dum dicitur mendacium officioſū
id eſt vtile·tercium dicitur menda-
cium ꝑniciosum id eſt dāpnabile .
Mendacium iocoſum eſt falſitas
que dicitur in ioco vel dicitur ſola-
cioſe non reſpectu alteriꝰ rei q̄ꝫ io-
ci · nec eſt ſine pccō maxime ſi ioco
aliquid diceretur qđ eſſet contra de
uꝫ aut proximū. ſicut patet per gre·
in li . dialogorum de illo puero qu
ludēdo ⁊ iocando blaſphemabat de
um fortaſſe ſecunduꝫ ꝙ audiebat
a prē ⁊ aliis qui conuerſabantur ī
domo · ⁊ receptꝰ eſt de ſinu patris
⁊ nūq̄ꝫ āplius viſꝰ Et ideo non de
bēt ꝑmitti pueri ꝙ loquant̄ ioco ⁊
riſu ſcurrilia·ne aſſueti malis opi
bꝰ velitis eos retrahere qū nō pote
ritis q̄a iā erāt duri humeris. ⁊ po
tiꝰ frāgēt̄ q̄ꝫ plicent̄ ratione cōſue
tudinis Scd̄ꝫ ē mēdaciū officioſū
id eſt vtile. Hoc quandoqꝫ eſt ad v
tilitatem tuā· quandoqꝫ ad vtilita-
tem amici·vt communiter contin-
git in ēptionibꝰ ⁊ venditionibus·
vbi cū mēdaciis iuramētis et aliis
fallaciis fiunt contractꝰ ⁊ mercātie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Et nota q̄ quēcūq; ſcienter cuz iu-
ramento dicis mendacium vt pl⁹
vendas rem q̄z valeat. aut vt ami
co tuo ſeruias · ſēper eſt pcc̄m mor-
tale ⁊ obligaris ad reſtitutionē Et
ſi obiecris q̄ ī ſacra ſcriptura dn̄s
p̄miauit mendacium officioſuz id
eſt factuz ad vtilitatem alterius ſi
cut patz exodi. i. de obſtetricibus q̄
dicebant mendacium pharoni. qui
mandauerat oēs in fantes mares
hebreoꝝ occidi ⁊ feminas r̄ſeruari
tn̄ non inter fecerunt eos ⁊ menda
citer dixerūt ſe eos interfeciſſe que
fuerunt a dn̄o p̄miate. q̄z vt dicitur
ibidem edificauit dn̄s illis domos.
¶ Ad quod dicitur vt habetur vice
ſima ſcd̄a que · ij. q̄ non fuerunt p̄
miate ratione mendacij ſed ratione
timoris domini quem habuerunt ·
vnde in textu dicit · Quia timuerūt
obſtetrices dominuz ido edificauit
illis domos Non ergo ratione mē-
dacij ſed ratione timoris premiate
ſunt Tercium eſt mendacium p̄-
nicioſum id ē dāpnoſum vel dāp-
nabile Et eſt illud qd̄ fit contra cari
tatem primi ⁊ in dampnum ipſi-
us · quandoq; in rebus temporali-
b⁹ · vt fraudes. ⁊ falſa teſtimonia
quandoq; contra famam · vt cum
quis dicat primum potatorē ebri-
um. pditorem. furem laſciuum. et
hiis ſimilia. quandoq; in pſonam
vt cum quis cum mendacio procu
ret mortem primi. vel ipſuz dimi
nui in aliquo membro. iſtud enim
eſt peſſimum oīm mendacioꝝ · Et
hoc ſatis de tercio · faciat ergo veri
tatem ⁊ iuſt⁹ eſt id eſt non loquat
mendacium ⁊ erit iuſt⁹ · q̄z veritas
liberabit oēs ea vtentes · Vnde p̄s
volens oſtendere qui habituri ſunt
vitam eternam dixit. Domine q̄s
habitabit in monte ſancto tuo Reſ
pondit qui loquitur veritatez ergo
loquere veritatem · vt habeas vitaz
eternam Amen.

¶ Feria ſexta prime · ſermo de im-
mortalitate anime.

Anima que peccauerit ipſa
morietur. Eze. xviij. ca. An
tiquit⁹ fuit vna q̄ſtio ſatis
dubitata. que non minus a moder
nis eſt diſputata Queſtio talis erat
quid eſt hō ? vnde p̄s. quid eſt hō
q̄z innotuiſti ei · ā fili⁹ hoīs q̄z r̄pu
putas eum Item ſalamō eccīs · ij.
quid eſt hō vt ſequi poſſit r̄cōrē ſu
um Itē iob · quid eſt hō q̄z magnifi
cas eū. ā quid apponis erga eū cor
tuū ? vnde putabant hoīez eē viliſ
ſimā creaturā. Nā dauid dixit · hō
vanitati ſimil̄ fact⁹ ē. dies ei⁹ ſicut
vmbra p̄tereunt Et ſalomō vbi ſu
pra Vidi in oīb⁹ vanitatē ⁊ afflic-
tionē animi ⁊ nichil manere ſub ſo
le. Job · contra folium quod vento
rapitur oſtendis potenciam tuam
⁊ ſtipulam ſiccam perſequeris Et
ſimiliter adrianus rex petiuit ſeē a
ſecundo philoſopho · quid ē homo
? qui reſpondit homo ē mancipiū
mortis viator tranſiens ⁊ hoſpes
loci Primo eſt mancipium mortis
quia ei tanquam ſeruus eſt obliga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

tus Unde ſeneca de remedijs fortu-
itorū ſic dicit. Morieris. Quid ha-
beo· quia indigeo hec verba iuraui
¶ Scdo eſt viator tranſiens qꝛ con-
tinue currit ad mortē. Unde ſeneca
ſic loquitur. Morieris. hoc ago. huc
me ſinguli dies ducunt· ¶ Tercio ē
hoſpes loci. qꝛ ſicut hoſpes de hoſ-
pitio nichil portat· ſic homo dū mo
ritur nichil ſecum portat.

Hic cadit exemplū de ſallandino re
ge ſarracenorum ⁊ duodecim reg-
norū· qui moriens fecit erigi pan-
num lineū ſuper haſtā precone dicē
te Hec dicit rex duodecim regnoꝝ
Ex imēſis diuitijs meis nichil por
to niſi iſtud Unde oēs iſti antiq̄ pu
tauerunt hominē viliſſimā creatu-
ram Non minus moderni quoꝝ
deus venter eſt ⁊ eoꝝ vita epicurea
vicijs oib⁹ plena. putant hoīez rē
viliſſimam Et vt liberius vicijs ⁊
peccatis vacare poſſint mendacic
dicunt nullā aliā vitā eſſe poſt hāc
⁊ aīaꝫ ſimul mori cū corpe dicētes
illud eccleſiaſtici. iij. q̄ vnus eſt ite
ritus hoīm ⁊ iumentoꝝ. Et illō qđ
habetur ſapientie ſecundo Cum te-
dio eſt tps vite noſtre ⁊ non eſt rfri
geriū in fine hominis ⁊ non eſt ag-
nitus qui ſit reuerſus ab inferis qꝛ
ex nichilo nati ſum⁹ ⁊ poſt hoc eri-
mus quaſi non fuerim⁹ Et ij. regū
decimoquarto Omnes morimur ⁊
quaſi aqua dilabimur ſuper terraꝫ
que non reuertitur Et illud quod ꝑ
poſitum eſt in themate Anima que
peccauerit ipſa morietur Sed quia
iſta determinacio eſt contra fidem
nrāꝫ Nec ita vilr eſt hō ſaltē quo ad
aīaꝫ ſicut iſti imaginanť· Declaro
ſenſū antoritatū iſtaꝝ· duplicem q̄-
dē mortem ponunt theologi ¶ Pria
eſt corporaľ qñ aīa recedit ſcꝫ a cor
pe ⁊ iſto mō vnus eſt interitus ho-
minum ⁊ iumentorum ſciꝫ quo ad
corp⁹. ⁊ ſtāte mūdi machina ſic aq̄
dilabimur et n̄ rūertimur niſi forte
miraculoſe. nec eſt inuēt⁹ q̄ ſit rūer
ſus ab inferis id eſt reſurrexit ſciꝫ
via naturali· ⁊ in hoc apparet vili-
tas hominis quia non poteſt vita-
re mortem ¶ Secunda eſt mors ſpi
rituaľ qua ſcilicet deus recedit ab a
nima per peccatuꝫ mortale anime
ſuperueniens ex qua ſequitur dāp
natio. vnde p̄s Mors peccatorum
peſſima Ad hoc ꝓpoſitum loquiť
propheta in themate. Anima que
peccauerit ipſa morietur ſciliꝫ ſpi
ritualiter· quia naturaliter anima
ē imortalis Et q̄ loquatur de mor
te ſpirituali notat euangelium vbi
xpriſtus dixit illi ydropico· vade et
amplius noli peccare ne deterius
tibi contingat ſciliꝫ ne dampneris
Dic hiſtorias epiſtole et euāgelij li
placet Et quia de immortalitate a-
nime tetigimus dicendo ipſam eē
immortalē naturaliter ⁊ poſt hāc
vitam eſſe aliam Ideo illud videbi
tur iſta mane. Circa quam i-
mortalitatem tria notabimus.
¶ Primo rationum pluralitatem.
¶ Secundo auctoritatum varieta-
tem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

¶ Tercia exēploꝝ caritatē. C
Circa primū principale p̄mo
ponā ⁊ adducā tres rationes theo-
logicas ꝓbantes aīe īmortalitatē
ſcd̄o adducā tres rōes naturales .
Tercīo tres rōnes morales Prīo ra
tio theologicaꝉ eſt .cū deꝰ ſit ſūme
bonus ſcd̄ꝫ qꝛ dicit dioniſiꝰ de diui
nis noīibꝰ iiij.ca. bonitatē ſuam
cōicat ⁊ maxime amicis ſuis. ami
ci ſui ſunt q̄ faciunt ipſiꝰ volunta
tē. vn̄ ꝑ iohānē euā. ipſe dicit Vos
amici mei eſtis ſi feceritis q̄ ego p̄-
cipio vobis. ſꝫ bonitatē ſuā nō cōi
cat ī p̄ſenti vita. cū eq̄ curā habeat
de iuſtis ⁊ īiuſtis ⁊ ſolem ſuū oriri
faciat ſuꝑ bonos ⁊ malos ergo eaꝫ
cōicabit in alia vita. Scd̄a racio
theologicaꝉē aīa ē creata ad imagi
nē dei vt patꝫ. gen. iij. qꝛ corpꝰ nō
ē ad dei imaginē ſed ſolū aīa vt de
clarat mgr̄ ſen. in i. di. iij. ꝑ verba
auguſtini libro xiiij. de trinitate ſed
deꝰ ē īmortaꝉ ergo ipſa aīa ē īmor
taꝉ Tercia ratio theologicaꝉ eſt illa
quā ponit lactanciꝰ Quia exſpecta
mꝰ diuīū iudiciū ſed diuīn iudiciuꝫ
non erit de nō exn̄tibꝰ ergo erit de
exn̄tibꝰ ⁊ ꝑ conſequēs aīa ē īmor-
taꝉ ⁊ ē alia vita pꝰ hāc vitā plena
miſeria pccīs ⁊ īiq̄tatibus Scd̄o
pono tres rationes naturales oſten
dētes īmortalitatē aīe ⁊ ꝑ ōns po-
nentes aliam vitā pꝰ hāc Prima
racio eſt iſta ⁊ ē dn̄i alberti magni.
Illud qd̄ non eſt cōpoſitū ex rebus
cōtrarijs non ē corruptibile. ſꝫ aīa
nō ē cōpoſita ex cōtrarijs ergo n̄ ē
corruptibiꝉ. p̄ma ꝑpoſitio hꝫ verita
tē ꝑ ſciaꝫ oppoſiti qꝛ q̄ ſūt cōpoīta
ex contrarijs corrūpunt. qꝛ āt hō
īſtatu innocentie etiaꝫ ſcd̄ꝫ corpꝰ n̄
fuiſſet corruptꝰ hoc fuiſſet ꝑ grāꝫ
ſcd̄a ꝓpō habꝫ veritatē qꝛ ipſa aīa
non ē elementata ergo Scd̄a racō
naturaꝉ ē illa Iſtud qd̄ non educit
de potentia materie non ē corrupti
bile cū materia. ſꝫ aīa non educitur
de potentia materie ergo ipſa non
eſt corruptibiꝉ. qꝛ āt aīa non educa
tur de potentia materie: pꝫ ꝑ ariſto
iij. de aīa cū ipſa hēat plures opati
ones qbꝰ non indiget corpe ſicut ē
ītelligere ⁊ velle. Tercio ratio natu
raꝉ eſt iſta Nobilior ē aīa q̄ꝫ celum
ſed celū ē īgenerabile et īcorruptibi
le ſecundū ariſ. in li. de ce. ergo ani-
ma eſt immortalis. primum patet
qꝛ qd̄libet viuens eſt nobilius non
viuente anima autem eſt viuens.
celum autem non eſt viuens. ergo
iſtis rationibꝰ naturalibꝰ pꝫ aīaꝫ
eē incorruptibilē ⁊ p̄ter iſtam vitaꝫ
miſeram eſſe aliam vitam quam
mali peccatores negant ¶ Tercio
adduco tres rationes morales pro-
bantes anime immortalitatem. p̄i-
ma eſt iſta ſecundum macrobium.
Iuſticia eſt que reddit vnicuiqꝫ qd̄
ſuum eſt. ſed deus eſt ſumme iuſtꝰ
quia p̄s ait Iuſtus dominus ⁊ iuſ
titias dilexit. ergo ipſe reddit vni-
cuiqꝫ qd̄ ſuum eſt. ſed ipſe in hac
vita non premiat iuſtos nec punit
malos ſecundum eorum merita qꝛ
interdum bona maꝉ ⁊ mala iuſtis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

tradunt̄ .iuxta illud ſala · Sūnt ī-
pij q̄bus bona ꝑueniunt q̄ſi facta
iuſtoꝝ egerīt ergo opꝫ eē aliā vitā
in q̄ remunerent̄ oēs ſcd̄z eoꝝ meri-
ta · ⁊ puniantur oēs iuxta eoꝝ ma-
la opa · Anima ergo ē īmortalis i
Scd̄a ratio moral̄ eſt iſta ⁊ ē lactā
tij Si aīa eſſet moral̄ poſſet nega-
ri deū eſſe · ꝓbatur qꝛ in hac vita
non videt̄ deus oculis corporeis .
nec in alia exſpectaret̄ videri oculi
mentalib⁹ cū aīa eſſet mortua. er-
go oꝫ dicere ipſā aīam eſſe īmorta
lem vt ſi ſaltem deus nō poſſꝫ vi-
deri ī hac vita ocul̄ corporeis ſaltē
videat̄ in alia oculis mentis Ter-
cia ratio ē iſta ⁊ ē dnī alberti mag-
ni Aīa ē capax beatitudinis . ſed ſe
cundū aug . de⁹ ingenti libertate ꝑ
captu replet oēs creaturas ergo de
bet replere etiā ipſā aīam ſed eā n̄
replet in hac vita qꝛ ſēp deſiderat̄ .
ergo replebit eā in alia vita . ſed ſi
moreret̄ nunq̄ꝫ replētur ergo opꝫ
dicere animam eſſe immortalem ⁊
p̄t̄ hanc vitam eſſe aliaꝫ vitā vbi
remuneretur aīa. deuꝫ videat ⁊ glo
ria repleatur · ⁊ hec ſatis de p̄mo ·
¶ Circa ſcd̄z principale p̄mo addu
cā auctoritates ſacroꝝ doctorum .
ſcd̄o auctoritates inducam ſubtiliſ
ſimoꝝ philoſophoꝝ Tertio ponaꝫ
auctoritates poetaꝝ moraliū Pria
auctoritas ſanctoruꝫ eſt aurelij au-
guſtini in p̄mo de ciuitate dei capi·
xxij. vbi ponit exēplū de platōe in
thimeo de quodā philoſopho q̄ le-
gens īmortalitatē aīe ſe p̄cipitari

fecit ī mari. vt de hac vita miſera
bili ſe transferret ad aliam vitam.
Et ī eodē dicit aug . de alia loquēs
vita Quanta felicitas vbi nullum
malū erit. vbi nullū bonuꝫ latebit·
vbi erit deus omnia in omnibus .
Scd̄a ē auctoritas gregorij in mora
libus libro viceſimoſexto dicens .
Tres vitales ſpiritus creauit om-
nipotens de⁹ . Vnū qui carne non
tegitur · Alium qui cū carne tegit̄ .
ſed nō cū carne moritur · Terciū q̄
cū carne tegitur ⁊ cū carne morit̄ ·
Prim⁹ ē angeloꝝ. ſecūd⁹ hominū
tercius brutoꝝ Tercia auctoritas
ē bernardi ſup cantica ſic īquiētis.
Audiſtis tres ſanctoꝝ ſtat⁹ .p̄m⁹
videlicet ē in corpore corruptibili
ſecundus ſine corpore · tercius ī cor
pore iam glorificato Prim⁹ ē ī mi
licia. ſecundus in requie · tercius ī
beatitudine Ecce quomodo oēs iſ
te ſanctoꝝ auctoritates manifeſtāt
animam immortalem eſſe ⁊ aliaꝫ
vitam delectabilem vltra hanc mi
ſeram Secundo adduco auctorita-
tas moralium philoſophoruꝫ qui
concedunt immortalitatem anime
et aliam vitam eſſe · Primus eſt
plato ī thimeo vbi ipſe dicit ꝙ ani
ma eſt immortalis ⁊ ſecundum ꝙ
vicerit paſſiones : vel ab eis victa
fuerit . premiabitur ł punietur p⁹
mortem . Itē idē in ſuedona libro
ſic vocato. vbi de anima ipſi⁹ ſue-
donis loquitur plato et dicit ꝙ ſu-
peruenīente nece in hominēꝫ quod
mortale eſt ipſius diſiungitur · qd̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

vero imortale ē ītegrū ⁊ īcorrupti-
bile auolat abiēs ⁊ accedēs ad locū
de q̊ dubitare nō ꝯuenit alicui mētē
hñti Scðs philoſophꝰ ē hermes di-
cens Oīs aīa humana īmortal̾ eſt
ſ; non vniformiter cuncte ſed alie a
lio mō·hoc dicit ꝓpt̄ merita Ter
cius eſt ariſtotiles in libro de aīali-
bꝰ dicens Intellectꝰ ſolus eſt ab ex
trinſeco ⁊ ſolꝰ h; eſſe dīnum Item
in ſcðo de aīa dicit ſeparatur autez
hoc ab hoc tamq̃; ꝑpetuum a cor-
ruptibili. vnde patet iſtos philoſo
phos naturales ꝓdictos ad inuicez
concordare de īmortalitate aīe ⁊ eē
aliā vitā ꝑter hanc Tercio adduco
auctoritates poetaꝝ moraliū Pri
mus eſt tulliꝰ dicens Non ē lugēda
mors quā īmortalitas ſequit̾. Et
idē dicit ꝓmiū ꝯſeruari bonis ī ali
a vita vt patet in ꝓlogo de ſūpno
ſcipionis ſup libro tullij. Scða ē
auctoritas ſenece dicentis ad lucil-
lum Mors iſta quā non vitamꝰ ſ;
recuſamꝰ vitā non intercipit ⁊ nō
extinguit Tercia ē auctoritas oui
dij ſuo libro methamorphoſeos di-
centis Morte carent aīe Et idē ali-
bi Ite alacres veſtri nunquā mori
ent̾ honores. Ecce ergo quō patet
auctoritatibꝰ ſcōꝝ philoſophorum
⁊ poetaꝝ moraliū aīaz eſſe īmor-
talem ⁊ eē aliā vitā ꝑter hanc vitā
miſerabilem Et hec de ſecundo.

Circa tercium principale Mul
ta namq; exempla habemus in ve
teri et noua teſtamēto quibus pro
batur ꝙ anima eſt immortalis ⁊ ē
alia vita preter iſtam Nam geneſis
xlv·capitulo dixit yſaac Si quid ac
ciderit ei in via deducetis canos
meos ad inferos·Itez quarto regū
iiij. heliſeus reſuſcitauit puerum il
lum ponēs os ſuper os. oculos ſu
per oculos·corpus ſuper corpus.
manus ſuper manus. ſi non fuiſſ;
alia vita non potuiſſet ipſum r̄ſuſ
citare. Similiter et helias reſuſcita
uit vnum alium filium vidue vt
patet regum. iij.xvij. In nouo etiā
teſtamento xpriſtus reſuſcitauit ſci
licet lazarum vt patet iohannis·xi
Filium vidue vt patet luce quinta
capitulo Et filiam principis vt pa
t; mat·ix·ca. Hoc idez etiam patet
in tribus pueris qui fuerunt poſi
ti ad ſepulcrum beati ieronimi re
ſuſcitati ſunt vt narrat cirillus ad
auguſtinu; qui mirabilia de alia
vita dixerunt. vt patet de magiſtro
ſcolariū qui aparuit diſcipulo ſuo
⁊ de multis alijs qui ſunt reſuſcita
ti ⁊ multa de alia vita narrauerūt.
Ex qbꝰ comprehendimus ipſam a
nimam eſſe immortalez ⁊ eſſe aliā
vitam preter iſtam. Cum ergo
dicitur anima que peccauerit ipſa
morieter ſpiritualiter habet intelli
gi ſcilicet per peccatu; mortale pu
nietur morte eternali ⁊ non natur̄
li. ideo criſtus dixit paralitico per
quem ſignificatur Vade et amplius
noli peccare ne deterius tibi contin
gat id eſt ne moriaris morte eterna
li a qua nos deus liberet. Amen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Sabbato ſednnde dominice ſer
mo de beatitudine.

Ipſe autem deus ſanctificz
vos p omnia. i. ad theſſalo
niſcenſes. iiij. capitulo Heri declara
ui animam eſſe immortalem ⁊ eē
aliā vitam. Iſta meliorem ſcz pro
bonis. que vocatur vita eterna. in
qua beatificentur anime bonorum
Hodie. A
declarabo illam beatitudinem̄. q̄-
lis ſit. que ſit ⁊ quāta ſit. quia tūc
eritis ſanctificati per omnia vt di-
citur in epiſtola. ea ſanctificatione
⁊ beatitudine qua hodie xpriſt? vo
luit ſe tranſfigurare. Mathei. xviij
vnde iohannes criſoſtomus de re-
paratione lapſi declarans conditio
nes vite eterne oſtendendo quales
erimus in patria dicit. Nulla erit
in futuro diſcordia. ſed cuncta con
ſona. ⁊ cuncta concordia. omniuz
enim ſanctorum erit vna conueni-
entia. nullus ibi diaboli met?. nul-
le inſidie demonum. tartaree gehē-
ne procul. mors nez corporis neqz
anime. ſed immortalitatis munere
erit metus vterqz reſolutus Et ber
nardus declarens huius beatitudi-
nis ſubſtanciam dicit. Illud veruz
⁊ ſolum eſt gaudium quod non de
creatura ſed de creatore concipitur
⁊ cum poſſederis nemo tollet a te.
Cui comparata aliunde iocūditas
meror eſt. omnis ſuauitas dolor ē.
omne dulce amarum. omnis decor
fedum. omne poſtremo quod cun-
qz aliud delectare poteſt moleſtuz
hec ille. Et idem bernardus decla-
rans glorie huius quantitatez dicit
O beata regio paradiſi. o beata re-
gio deliciarum. ad quaz ſuſpiro de
valle lacrimarum. Vbi ſapientia
ſine ignorantia. vbi memoria ſine
obliuione. vbi intellectus ſine erro
re. vbi ratio ſine obſcuritate fulge-
bit Beati qui habitant ibi ⁊ lauda
bunt deum in ſecula ſeculorum. id
eſt beatitudine pleni ſunt qui habi
tant ibi. Quis ergo nollet tantam
gloriam. Quis talem gloriā vellz
mutare in infinitā penā? O inſen-
ſata hominum cura O inanis mū
dana affectio. que pro rebus tran
ſitorijs amittis perpetua. que ocu
lus non vidit. nec auris audiuit.
nec in cor hominis aſcendit. que
preparauit deus diligentibus ſe.
ſicut teſtatur paulus apoſtolus in
epiſtola. Hanc ita qz deſiderabat
propheta dauid dum in ſpiritu di-
cebat. Sitiuit anima mea ad te de
us quando veniam et apparebo
ante faciem dei mei et cetera. Im-
mo conquerebatur q? tam diu vi-
uebat. vnde deo coniungi non
poterat dicens. Heu michi quia in
colatus meus prolongatus eſt. Iō
apoſtolus paulus in principio in-
nuebat Ipſe autem deus ſanctifi-
cet vos per omnia id eſt vobis bea
tam vitam concedat. in qua ſanc-
tificati eritis per omnia id eſt ī cor-
pore et in anima quia tunc corpus
erit glorificatum et anima plena
omni viſione et delectatione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Quam quidē gloꝛificationē hodie
oſtēdit xp̄s ꝑ trāſfiguracionē quā
apoſtoli admirantes ceciderunt in
facies ſuas Dic hiſtoꝛias epľe ⁊ e-
uangelij ſi placet ¶ Circa iſtā beati
tudinē tria videbimus ·

¶ Primo huius gloꝛie locum.
¶ Scđo huius gloꝛie meritum .
¶ Tercio hui⁹ gloꝛie obiectū B

¶ Circa primū principale ē notan
dum ꝙ gloꝛia beata ſeu beatitudo
non poteſt eſſe in hac vita miſera-
bili Cui⁹ rationem ponit thomas
p̄ma ſcđe queſti· v·ar. tercio in reſ-
ponſione principali dicens. cū bea
titudo ſit perfectum et ſufficiēs bo
num omne malum excludit ⁊ omē
deſiderium implet In hac autem vi
ta non poteſt omne maluz excludi
Nam multis maľ p̄ſens vita ſub-
iacet q̄ vitari non poſſunt· vt igno
rantie ex parte intellect⁹ ⁊ inoꝛdīa
te affectiones ex parte appetitus ⁊
multiplicibus penalitatibus ex ꝑ-
te coꝛpoꝛis. vt auguſtinus diligent̄
exequitur decimonono de ciuitate
dei Similiter ergo etiam in deſide-
rijs boni in hac vita homo non po
teſt ſatiari Naturaliter enim homo
deſiderat permanentiam eius bo-
ni quod habet. bona autem preſen-
tis vite tranſitoꝛia ſunt cum et ip̄a
vita tranſeat quam naturaliter de-
ſideramus ⁊ eam perpetuo perma
nere vellemus ⁊ naturaliter homo
refugit moꝛtem quam vitare non
poteſt· vnde p̄s. Quis eſt homo q̄
viuet ⁊ non videbit moꝛtem. Et ſic
impoſſibile eſt ꝙ in hac vita vera
beatitudo habeatur Secunda ratio
ꝙ in hac vita haberi non pōt beati
tudo eſt iſta. quia ſi conſideretur id
in quo beatitudo cōſiſtit ſpecialit̄
ſcꝫ viſio diuine eſſentie que nō po
teſt homini prouenire in hac vita .
quia deum nemo vidit vnquam e
tiam beatitudo haberi non poteſt ī
hac vita Et ſi obiceretur de plurib⁹
qui viderunt deum in hac vita . ſi
cut patet geneſis. xxxiij· de iacob q̄
dixit · Vidi dominum meum facie
ad faciem ⁊ ſalua facta eſt anima
mea· Et de moiſe legitur numeri ·
xij. qui dixit· Palam ⁊ nō per enig
mata video deum oꝛe ad os loquoꝛ
ei Et dicit aug⁹ · libꝛo .ij. detrinita
te ꝙ locucio iſta que fiebat vocib⁹
modificabatur ⁊ erat tanq̄ꝫ amici
loquentis ad amicum De iob legi
tur etiam .xi dixiſſe Auditu auris
audiui te nunc oculus meus videt
te yſaias quoqꝫ · vi . capitulo dicit
Vidi dominum ſedentem ſuper ſo
lium excelſum ⁊ plena erat omnis
terra maieſtate ſua· Similiter et in
nouo teſtamento plures viderunt
deum Nam vt patet iohannis pri
mo Johannes baptiſta vidit ſpiri-
tum ſanctum deſcendentez ſub ſpe
cie columbe · Hodie eciam viderūt
tres diſcipuli · Vidit paulus · qui
dixit · ij· ad coꝛ · xij. Scio huiuſmo
di hominem raptum vſqꝫ ad terci
um celum · vbi dicit gloſa ꝙ deus
oſtendit apoſtolo beatitudinem in
qua videndus erat in eternum Nā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ne etiã legimus actuũ ſexto de ſtephano qui vidit celos apertos et gloriam dei. vnde ex hiis patet q̄ vita beata poteſt haberi ĩ hac vita cũ deus videri poſſit ꝑ eſſentiã in hac vita. quia hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ſolum deũ. vt dicit per iohannē. Huic non reſpondet non negando p̄dictas auctoritates ſed eas declarando. Quia ſcd̄m q̄ dicit ſanctus thomas quarto ſentētiarum diſtinctione quadrageſima nona articulo quinto Contigit aliquando diuina virtute q̄ aliqua res miraculoſe in aliquo producit in q̊ nullo mō p̄t ꝑ diſpoſitiōes naturales ſibi ĩherẽtes. ſicut q̄ virgo ꝑiat. ꝛ q̄ ignis in aqua cōburat. Similiter pōt miraculoſe fieri q̄ diuina virtute aliquis ĩtellect⁹ creatus non habēs niſi diſpoſitiones vie eleuetur ad videndum deũ per eſſentiam. non tamē ex tali viſione poteſt dici beatus ſimpliciter ſed ſcd̄m quid tm̄ ſcz inquãtũ coicat in actu beati ꝛ ꝑticipat beatitudine. Iſti ergo qui viderunt deum non perfecte beati fuerunt. ſed beatitudine ꝑticipauerunt. Et ſic patz q̄ beatitndo non habz locum in p̄ſenti vita ſed locus beatitudinis ē in celo empireo vbi adeſt deus per ſuã eſſentiã. quã videntes electi beatificantur ꝛ gloria r̄plentur Vnde aug⁹ in libro de vtilitate agēde penitentie dicit. Illuc feſtinate vbi ſēper viuatis Si enim ſic amatis iſtam miſerã fluidam q̄z vitam vbi cum tanto labore viuitis. vbi vix currendo ſatagendo. ſudando. ſuſpirando. neceſſariis corporis ſatiſfacitis. quanto magis amare debetis vitam eternam. vbi nullum laborem ſuſtinebitis. vbi ſemper ſũma ſecuritas. ſumma felicitas. felix libertas. felix beatitudo. Vbi implebitur illud quod per ſaluatorũ n̄rm dicit in euan. Erũt hoĩes ſiles ãgelis ꝛ fulgebũt iuſti tãq̃z ſcītille hec ille. Ibi ergo ꝑfcã btĩtudo ꝛ nō ĩ hac vita miſerabili vt dctũ fuit ſup̄ Et ſic pz primũ. ¶

¶ Circa ſecundũ principale credi⁹ ſecunduz fidem ꝛ tenemus q̄ non ſolum beatificabitur. anima veruz etiam et corpus beatificabitur. tamen differenter. Nam anima habebit tres beatitudines. ſcilicz cognitionē. dilectionē. ꝛ inheſionē. q̄ a quibuſdã dicitur comprehenſio ꝛ a quibuſdã fruitio. Pria btĩtudo ē ꝯgnitio. nã ĩ hac vita aĩa ē poſita ĩ magna obſcuritate ꝛ ĩ m̄ltis ignorantiis. ꝛ ſi aliquã ꝯgnitionē hz de deo illa ē ꝑ fidē. ꝛ ꝑ ꝯñs nō ꝯgnicã ſcientifica ꝑ cauſas. vñ apl̄us. i. cor. iii Vide⁹ nũc ꝑ ſpeculũ ꝛ ĩ enigmate tũc aũt facie ad faciē Scd̄a btĩtudo ē dilectio Nã ĩ pria oēs alie vtutes deeẽt ꝛ deficiũt excepta ſola caritate q̄ ibi nũq̃z deficiz. vñ apl̄us. caritas nũq̃z excidit Tercia btĩtudo ē delectacō. nã p̱mo delectabit aĩa vidẽdo deũ in q̊ oĩa alia relucent. vnde gregorius. Quid eſt quod non videant. qui videntē oĩa vidēt

Scd̄o delectabitur cū videbit hoīeȝ hoīs cunditorē· vn̄ augꝰ O q̄ȝ pulcrū erit videre hoīeȝ hoīs ꝯditoreȝ Tertio delectabitur. qꝛ ab iſto ſummo bono nunq̄ȝ remouebitur qꝛ q̄ ſel' ītrat nunq̄ȝ exit· Corpꝰ vero q̄tuoꝛ h̄ebit beatitudines Pr̄ia beatitudo erit claritas. nam in hac vita duo cauſant corpis obſcuritatē ſcȝ materie īpuritas ⁊ luīs paucitas. tunc tollet' vtrūq̄ȝ ſcȝ denſitas ip̄a ⁊ obſcuritas· Et ideo fient corpoꝛ̄ clariſſima· ſepties clarioꝛa q̄ȝ mō ſit ſol Teſte yſa. xxx. ca. Erit lux lune ſicut lux ſolis ⁊ lux ſol' ſeptēpliciter clarioꝛ Scd̄a beatitudo corporis erit īpaſſibilitas. qꝛ tunc non erunt fames. ſitis. īfirmitas. neq̄ȝ doloꝛ. vn̄ apoca· Nō eſurient neq̄ȝ ſitiēt āpliꝰ neq̄ȝ cadet ſup illos ſol· neq̄ȝ vllꝰ eſtꝰ Tercia beatitudo eerit ſubtilitas. vn̄ penetrare poterīt locū quemlibȝ. vt patet de xp̄o qui ītrauit ianuis clauſis. Quarta beatitudo ē agilitas qꝛ ſcd̄m auguſtinum vbi voluerit ſpiritꝰ ibi erit corpꝰ Verūtamen ſicut melioꝛ aīa corpꝰ h̄ebit lucidiꝰ ſic ⁊ agilius. ita tn̄ qꝛ voluntas ſcōꝝ erit ōnino cōiuncta rationi. Has āt btītudines ⁊ alias plures ponit bernardus in q̊d̄a ſermone dicens Corona duodecī ſtellaꝝ ī patria. ſupple ēit ibi exn̄tibꝰ· Pr̄ia ſtella memoꝛia ſine obliuione· Scd̄o ratio ſine erroꝛe Tercia volūtas ſine ꝑturbacōē. q̄rta īpaſſibilitas in qua corpꝰ noſtruȝ reſurget ſine corruptione. quinta claritas q̄ cōfigurabat' corpi xp̄i Sexta agilitas vt ſcōȝ mobilitateȝ cogitacionū noſtraꝝ ſit agile Septima ſubtilitas vt q̄libet ſpiſſum vel ſolidū ei penetrabile ſit Octaua ē diligere primū ſuū in omni veritate tāq̄ȝ ſeipſum. Nona eſt videre primū ſuū ī puritate diligentē ſe. decima ē ꝑfecte diligere deum plus q̄ȝ ſeipſū Vndecia ē diligē ſeipſum ꝓpt' deū Duodecia erit videre deū diligentem ſe· hec bernardus Et ſic patet quale erit meritum huiꝰ glorie beatorum Et hoc ſatis de ſecundo·

D

Circa tercium principale conueniūt omnes doctores qꝛ effectiue deus eſt cauſa noſtre beatitudinis ⁊ ipſe eſt obiectum noſtre beatitudinis vt poīt magiſter ī· i. di. i. ſed hoc obiectum ſilicet deꝰ clarius videbitur ab vna anima q̄ȝ ab alia qꝛ vna ē beatioꝛ reliqua Et hoc de claro auctoritate et ratione Nam ioh̄anis· xiiij. dicitur· In domo patris mei manſiones multe ſūt. ꝑ quas vt augꝰ dicit diuerſe meritoꝝ dignitates intelliguntur ī vita eterna Preteria dioniſius de angelica ierarchia dicit. qꝛ ſiguli a ſingulis illuminantur ⁊ per ꝯn̄s ibi eſt ineq̄litas. ideo vna anima eſt beatioꝛ reliqua. Ratione autem ꝓbatur Nā ſcd̄ȝ mgr̄m ſē· in· i. di· xv. premiuȝ datur ſcd̄m accenſionem caritatis ſȝ vna aīa fuit accēſioꝛ ī caritate reliq̄ ergo vna aīa magis p̄miat' rliqua. ergo vna anima eſt beatioꝛ re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

liqua Nam materies fuerunt ma-
gis accenſi in caritate q̄ꝫ confeſſo-
res. hoc etiā patet. Nam ſācta eccā
recitando ſcōꝝ noīa quēdam prio
ritatis ⁊ poſterioritatis ordinē po-
nit inter ſcōs. Sed huic ſiīe videt̄
contrarium eſſe qd̄ ſcribit̄ ꝑ mat.
ca. xx. de p̄mio vite eterne ꝑ ſimili
tudinem vinee in qua ſimilitudine
ponit mat. qꝫ dn̄s vinee p̄cepit da-
ri in ſero ſingulis ſingulos denari
os ⁊ tm̄ habuit qui hora nona iuit
quantum habuit qui de mane iue-
rat. Iſte denarius ⁊ vnꝰ ſignificat
vnum ⁊ idem premium dari oībꝰ
in vinia dnī ſabaoth laborantibꝰ
Dicitur tn̄ qꝫ in beatitudine duo
ſunt conſideranda ſcꝫ obiectum be
atitudinis ⁊ ſubiectum. Quantuꝫ
ad obiectum ſic dico qꝫ non eſt niſi
vnus ſcꝫ denarius. vna bonitas eſ
ſentiat̄. Et hic eſt denarius de quo
loquitur matheus qui datur omni
bus in vinea operantibus qꝛ oēs ob
iecto illo beatificantur. quantum
āt ad ſubiectū ſic dico qꝫ non ē idē
p̄mium oīm qꝛ non eſt ideꝫ ſubiec-
tum Sed qꝛ omne recipiens recipi
tur ꝑ modum recipientis neceſſe ē
eius voluntas vt iam dictum eſt ·
ergo obligamur conformare volū
tatem noſtram voluntati diuine ·
Preterea ōes tenemur obedire deo
et habere rectam voluntatez ad ip-
ſum ſed non poſſumus habere rec
tam voluntatē ad ipſuz niſi con-
formemur cum ipſo · ergo debem⁹
conformare voluntatem noſtram
voluntati diuine . ſicut fecit abra-
ham in immolatione filij · licet ei
diſpliceret inquantum fuit pater .
placebat tn̄ quia erat voluntas dei
Sz hic īſurgit vna dubitatio ſciz ī
q̄bus ſtat iſta conformitas Vbi no
tādum ē ꝙ voluntas noſtra tenet̄
cōformari volūtati dīne in quatu-
or . vt ponit ſāct⁹ thomas vbi ſup̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Primo mõ vt nos velimus id qḋ
de? vult Secundo vt velim? id qḋ
de? vult nos velle Tercio vt veli?
ꝑ id qḋ de? vult· Quarto vt veli?
eo mõ q̊ deus vult propter p̃mū
conueniebãt iudei cũ uoluntate di
uina. q̃ volebat xp̃m mori. quam
mortẽ ⁊ iudei deſiderabant. ſꝫ aliť
⁊ aliter. q̊niã mors xp̃i ⁊ eius paſ-
ſio duo in ſe habebat. vnũ ꝙ erat
ſaluatiũ hũani generis. ⁊ ſic hẽbãt
rationẽ boni. ſcḋm ꝙ erat afflictiũ
innocentis ⁊ ſic habebat rationem
mali· p̃mo mõ deus volebat mor-
tem xp̃i ⁊ eius paſſionẽ. ſed iudei e
am deſiderabant ſcḋo mõ· ſꝫ ſcḋꝫ
ꝙ erat afflictiua innocentis · ꝓpť
ſecundum oẽs nos conuenim? cū
deo qꝛ deus vult criſtianos oẽs ſe-
qui ſua p̃cepta q̃ etiã vulũt ſerua-
re vñ conueniunt in volito et etiã
volunt id qḋ de? vult eos velle . tñ
non conformantur qꝛ de? vult ea
ſeruari a criſtianis ex caritate. ⁊ ob
ſeruant ea ex timore Propter ter-
cium poſſumus conformari in vo
lito ⁊ in mõ· q̊niã quis poteſt dare
elemoſinã quã deus vult dari . vñ
deus vult dari elemoſinã ꝓpter fi-
nem bonum ſꝫ ex caritate qui mo-
dus deo placet Vñ non conforma-
bitur in fine qui dat elemoſinam
ꝓpter vanam gloriam quã deus
vult dari ꝓpter bonũ finẽ .i. vitã
eternã . Vñ breuiter dico ꝙ ſi quis
vꝫ conformare voluntatẽ ſuã vo-
luntati diuine neceſſe ẽ vt ſimul et
ſeť in hiis omnibus conformetur·

quia iſtarũ vna cõditiõe deficiente
non eſſet vera conformitas Et hoc
ſatis bene declarat mgr̃ ſentencia-
rum in. i. di· vltima ibi dicit· Illḋ
q̊ꝫ non ẽ p̃termittendũ ꝙ aliqñ dei
voluntas bona ꝑ malã hoĩs volũ
tatem ĩpletur vt in crucifixiõe dnĩ
factum ẽ quoniã deus bona volũ
tate mori voluit Iudei vero impia
voluntate crucifixerunt Et eadem
di· dicit. Oportet attendere quid ꝯ-
gruat illi velle ⁊ q̊ fine Et hoc paꝫ
de ſecundo principali. G

Circa terciũ principale ẽ notandũ
ꝙ numeri· xxiiij. ſcribitur Non eſt
de? quaſi hõ vt mentiatur · nec vt
fili? hoĩs vt muteť Et per ꝓphe-
tam Ego deus ⁊ non mutor Sed
hic occurrit vna dubitatio Nã iere
mie. xviij· dicitur Repente loquar
aduerſũ gentes ⁊ aduerſus regnũ
vt eradicẽ ⁊ deſtruã ⁊ diſperdã illḋ
Si penitentiã egerit gẽs illa a ma-
lo ſuo agã ⁊ ego penitentiã ſuper
malo qḋ cogitaui vt ei facerẽ· ergo
videtur ꝙ ipſe ſit mutabiľ· Item
yſaie xxxviij. De? adiunxit ezechie
quindecim annos ad viuendũ quẽ
tñ ſententiauerat moriendũ vt ibi
pꝫ Item geneſis vi. ca· dicitur Pe-
nitet me feciſſe hominem Hiis enĩ
et ſimilibus videtur dei voluntatẽ
eſſe mutabilem Doub? prichis ma
tiuis reſpondens quia primum ſo
lutum eſt ſupra feria ſecunda pri-
me dominice Dico ꝙ duplex eſt ſẽ
tentia ſcilicet comminatiua et de-
terminatiua Sententia cõminatiã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

nullam ponit ꝑmanentiā ⁊ per cō
ſequens nec mutacionem Senten-
tia autē determinatiua ponit per-
manentiam ⁊ per conſequens ī ea
poteſt reperiri mutatio quia poteſt
mutari de ſic eſſe in ſic non eē Nō
dico ꝙ illa dicta ꝓphetarum in ꝑ-
ſona dei non ſunt nec fuerūt deter-
minata quia ſic oportuiſſet fuiſſe·
ſed ſolum cōminatiua vt reuerterē
tur ad bene agendum Dico ergo cō
cluſionaliter ꝙ voluntas diuina
eſt omnino īmutabil' ⁊ quidquid
determinate vult oportet illud eſſe
Et ſic pȝ tercium principale In di
tione ergo ſua cuncta poſita ſunt
⁊ non eſt qui poſſit reſiſtere volun
tati eius ⁊c̄ .

Feria quinta ſecunde · ſermo de
penis dampnatorum .

DO vnicuiqȝ iuxte viam
ſuam ⁊ iuxta fructuȝ ad
inuentionem ſuarum ie-
remie.xvii · Hijs diebus elapſis
locuti ſumus de ipſa vita beata et
de p̄deſtinatis ad ipſam ⁊ quō noſ
tris orationibus deum oramus vt
ipſam habeamus . ⁊ quō ſacerdo-
tes honorandi ſūt vt ipſi ꝓ nobis
interpellent apud deum cuius vo-
luntati nemo reſiſtere pōt vt dictū
eſt heri Hodie conſequenter de mor
te eterna dampnatorum dicemus.
in q̄ deus dabit vnicuiqȝ iuxta vi-
am ſuam ⁊ iuxta fructum adinuē-
tionum ſuarum. ſicut pȝ dediſſe di-
uiti epuloni· qui iuxta ſuas adīuē-
tiones id ē iuxta ipſius mala ope-
ra punitus ē vt pȝ in euangilio in
quo clamat· crucior in hac flamma
luce·xvi· In quibus etiam punien
tur penis oēs male operantes

Vnde greg9· libro q̄rto dialogo-
rum Iniqui ideo cū fine deliq̄runt
quia cum fine vixeruut· Nam vo-
luiſſēt vtiqȝ ſine fine viuere vt po-
tuiſſent ſine fine peccare Oſtendūt
enim quia in peccato ſemper viue
re cupiunt quia nunquā deſinunt
peccare dum viuunt Ad magnam
ergo iudicātis iuſtitiam ꝑtinet vt
nunquā careant pena quia nūquā
in hac vita voluerunt carere pecca
to. hec ille Et quia non ſolum cor-
pus peccauit immo etiaȝ ⁊ anima
idea non ſolum retribuet domin9
adinuentiones per corpus factas
id eſt mala opera corporis ſed etiā
adinuentiones aīe. vn̄ idem greg·
libro viceſimo moralium dicit Iuſ
tum ē vt quos culpa ſimul inqui-
nat par etiam pena ſimul conſtrin
gat· ⁊ qui nequaquā diſperſi ſunt
īiquitate polluti nequaquā tormē
to crucientur diſperſi quatinus ſi-
mul dampnatio comburat quos ſi
mul elatio ſubleuabat . Et beatus
auguſtinus viceſimo primo libro
de ciuitate dei dicit ca· ix. Quod igi
tur de ſempiterno iudicio damnan
dorum per ſuū ꝓphetam domin9
dixit. fiȝ· omnino fiet· vermis corū
non morietur ⁊ ignis eoꝝ nō exti-
guet Ignis quo ad corp9 . vermis
autem quo ad animam Et mgr̄ ſē
tentarum libro quarto di . l. dicit·

Illi qui erunt in ſupplicio ignis e-
terni cum diabolo ⁊ angelis eiꝰ de
putati· ſicut nꝉlaꝫ vlterius h̄ebunt
requiem ſic bonam nꝉlatenꝰ pote-
runt h̄re voluntatem Et ſicut co-
heredibꝰ xp̄i dabitur ꝑfectio ad et̄-
nam gloriam ita ꝯſortibꝰ diaboli
cumulabit ipſa malignitas penaꝫ
q̄n exterioribꝰ deputati tenebris nꝉ
lo illuſtrabuntur interiori lumine
veritatis. hec ille Ecce quō dabit v
nicuiqꝫ iuxta fructum adinuentio-
num ſuaꝝ vt dicitur in themate .
⁊ hoc pꝫ in euangilio vbi ponitur
retributio illiꝰ diuitis Dic hiſtori-
as ſi vis . ¶ Circa retributioneꝫ
horuꝫ dampnatoꝝ tria notabimꝰ .
¶ Primo dampnatoꝝ manſionē .
¶ Scđo dampnatoꝝ penalitatem .
¶ Tercio dampnatorum irremiſſi
bilitatem· B
¶ Circa primum principale dicen-
dum ꝙ vnum queritur ⁊ aliud p̄-
ſupponitur Queritur enī de man-
ſione dāpnandoꝝ ⁊ p̄ſupponitur
ꝙ talꝭ manſio ſit ſcꝫ manſio infer-
nalꝭ Ideo primo declaro ꝙ infer-
nus ſit. ⁊ in hoc clarificabuntꝭ mē-
tes non credentiū infernū eſſe pu-
tantes iſta adinuenta fuiſſe potiꝰ
ad terrorē q̄ꝫ ad veritatē Et hoc p̄-
bo Primo qꝛ oīs ſcriptura ſacra
demonſtrat Nā p̄s ait· In inferno
quis confitebitur tibi Et iob In in
ferno nꝉla eſt redēptio ergo ē ifer-
nus Scđo hoc idē pbo ꝑ iuſticiaꝫ
dei. que hoc exigit Nam vt conſtat
deꝰ iuſtus eſt. oīa ergo mala puni
re neceſſe eſt. iuſticia enī nꝉlm ma-
lum vult impunitum remanere. ſi
cut videmus in iuſticia legali q̄ fu-
rem ſuſpendit· homicidam interfi-
cit. ⁊ ſic de alijs Si ergo iuſticia le
galꝭ hoc requirit q̄ꝫto magis diuīa
iuſticia que inquinari non p̄t· cu-
ius regula oīs alia regulatur iuſti
tia mꝉto ergo plus iuſticia dei pu-
nire non p̄termittit· ſꝫ certum ē ꝙ
mꝉti non puniuntur in hac vita ī-
mo habent oīa mundi bona ⁊ ma-
li ſunt. ergo puniendi ſunt in alia
vita Aut dicendum eſt ꝙ nulla dei
eſt iuſticia quod idem eſt ac ſi dice-
res deꝰ non eſt· Tercio hoc idē p̄-
bo quia cautela te admonet dicens
Aut infernus eſt aut non eſt quia
de q̊libet eſt affirmatio vel negatio
vera ſcđm ariſtotilem· ſi autem eſt
⁊ non credis magno diſcrimini te
exponis. quia velꝭ nolꝭ ea paſſurꝰ
es. q̄ non credis· ſi autem non ē cre
dere ipſum non eſt periculuꝫ. ergo
cum ex duabus pars tutior tenen-
da eſt . conſtat ſecurius eſſe ipſum
credere eē q̄ꝫ non eſſe· ꝙ ex hoc vi-
tas multa peccata que nō vitares
. quarto hoc idem pbo exēplo .
Nam greg. in quarto dialogoꝝ di
cit Superna pietas ex magna mīe
⁊ pietatis ſue largitate diſpoīt vt
nonnulli pꝰ egreſſum a corpe repē
te ad corpꝰ redeant ⁊ inferni tormē-
ta que audita non credebant ſalteꝫ
viſa pertimeſcant. Vnde ibideꝫ po
nit beatus Greg· ꝙ quidam mo-
nachus noīe petrꝰ priuſq̄ꝫ heremū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

peteret moleſtia corporis interueni
ente defunct⁹ eſt · ſed protinus cor
pori reſtitutus ĩferni ſupplicia at-
q̨ innumerabilia penarum loca ⁊
flammarum ſe vidiſſe teſtatur .
Hijs ergo quatuor vijs pbatum
ſatis puto infernum eẽ Vbi aũt ſit ĩ
fernus dicit ſanctus thomas quar
to ſententententiarum diſtinctione q̃-
dragesima q̃rta articulo tercio ĩ reſ
ponſione tercie q̃ſtionis q͛ infern⁹
eſt ſub terra . Et hoc pꝫ ex ipſo no-
mine · Infernus enim dictus eſt ex
eo q͛ inferius iacet Hunc vidit io-
hannes in apocalipſi vt paꝫ qui-
to ca. cum dicit. Nemo poterat ne-
qꝫ in celo neqꝫ in terra neqꝫ ſub ter
ra aperire librum. Per hoc q͛ dicit
in celo refertur ad ſanctos qui ſũt
in celo. Per hoc q͛ dicitur in terra
refertur ad hoĩes viuentes in terra
Per hoc q͛ dicitur ſub terra refert
ad animas exiſtentes in inferno Et
hoc quidem congruum eſt vt ſcili-
cet infernus ſub terra ſit ¶ Prĩo
quia hoc competit ſtatui dampna-
torum. Nam ſicut dampnati fuerũt
a deo remotiſſimi per culpam · q̃a
vt dicit propheta in pſalmo Longe
a peccatoribus ſalus. ita loc⁹ dãp-
natorum ſit remotiſſim⁹ a deo ſcꝫ
in centro terre. ¶ Duas alias
rationes ponit ſanctus doctor
ibidem allegans auguſtinum ſup
geneſim ad litteram · xij · Vna eſt ·
quoniam anime dampnatorum
carnis amore peccauerunt Ideo ip
ſis exhiberi debet quod carni mor-
tue exhibetur · ſed caro ſub terra re-
condita eſt. ergo ⁊ anime ſub terra
recondi debent ¶ Secunda ratio eſt
quia inferiora ſunt viliora ⁊ terreſ
triora ſuperiora vero ſunt gaudio-
ſa ⁊ meliora. ideo conueniens erat
q͛ hijs qui ſe vilibus ſubiecerunt
per culpam. locus viliſſimus dare
tur in penam . Talis ſiquidem lo
cus eſt ipſis valde odioſus · tum qꝛ
ſciunt ipſum eis deputatum a diui
na iuſticia quam odiunt. tuꝫ quia
illius loci vilitas eſt repreſentati-
ua ſue obligationis ad perpetuita-
tem pene. tum quia eſt continuus
ignis quo affliguntur ⁊ ex tali odi
o talis pena accidentaliter magis
ac magis augetur. Et ſic patet que
ſit manſio dampnatorum . ⁊ vbi
ſit ipſorum manſio · ⁊ vbi ipſis re-
tribuatur iuxta fructum ad inuen-
tionum ſuarum. Et hoc ſatis de p̃-
mo ·

¶ Circa ſecũdum principale mul
te ſolent poni pene dampnatorum
ſcilicet ignis ſulphur fetor · frigus
fames. tortor. horror. vinculum te
nebre ¶ De prima dicit . Iob · xx ·
Deuorabit eos ignis qui non ſuc-
cendetur de ſecundo dicit p̄s · Ig-
nis ſulphur ſpiritus pcellaruꝫ ps
calicis eorꝫ · Et in hoc tangitur ter-
cia pena De quarta dicitur math ·
xiiij . Erit fletus et ſtridor dentiuꝫ
¶ De quinta patet in euangelio ho-
dierno de diuite qui petebat guttaꝫ
aque et habere non poterat · de ſex-
ta dicitur math · decimooctauo ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Tradidit illū tortoribꝰ. de ſeptīa dicitur Job. x. Sēpiternus horror inhabitat. De octaua ⁊ nona dicit᷑ mathei. xxij ligatis pedibus ⁊ manibꝰ mittite eum in tenebras exteriores ¶ Sz in hijs nullā facio difficultatem. ſed tota difficultas eſt intelligere quō aīe patiantur ab illo igne. Nā oēs theologi cōueniūt q̄ aīe patiantur ab illo igne. qz vt dicitur mat. xxv. Ignis ille eſt paratꝰ diabolo ⁊ angelis eiꝰ. ſed aīe ſunt angelis īferiores ergo pūt pati ab igne ſicut ⁊ ipſi angeli. Sed ē diſconuenientia quō patiant᷑ Naz aliqui dicūt eo aīas pati qz vidēt illū ignem in quo cruciari debent. vñ greg. in. iiij. dialogorum dicit. Ignem eūīdō patitur aīa quo vidz Sed ſecundum ſanctum thomam quarto ſententiaꝝ hoc non ſufficit Quia quodlibet viſum in eo q̄ videtur pficit. ⁊ ſic aīa viſione tali n̄ pateretur. ſed pficeretur. Ideo alij dixerunt q̄ aīa patitur qz videt et cōphendit ignē illum tamq̄z ſibi nociuum ⁊ ex tali timore afficitur vt impleat᷑ ppheticū illud Trepidauerunt timore vbi non erat timor. vñ gregꝰ. in quarto dialogorum. quia aīa cremari ſe cōſpicit crematur. i. affligitur Neqz hoc ſufficit quia ſcōz hoc aīa non patitur ſcōm rei veritatem ſed ſcōm apparentiā. vt dicit augꝰ. ſup gen̄. xij. Ideo alij dixerunt q̄ aīa patitur realit᷑ ab illo igne corporeo. vñ gre. u. iiij dialogoꝝ Colligere ex dictis euangelicis poſſumus q̄ incendium aīa non ſolū videndo ſed experimenta patitur. Sed circa hoc dicunt quidaz q̄ ignis ille pt dupliciter conſiderari ¶ Primo vt ē quedam res corporea ⁊ ſic non agit in aīam qz corporeū non poteſt agere in icorporeum ¶ Scdō pt accipi vt eſt inſtrumentum diuine iuſticie. ⁊ ſic agit in virtute agentis pncipalis ſcz dei ⁊ nō virtute ſua Ego āt credo q̄ ille ignis agat ſcōm ſe. Et p corroboratione dicti mei aſſumo dictū magiſtri in. iiij. di. xlvi Et dictum auguſtini. xxi. de ciuitate dei. x. Nā dicit mgr̄ Si viuentis hoīs in corporeus ſpiritus tenetur in corpore. cur etiam aīa poſt mortem corporea igne non cruciatur. Et augꝰ. Sicut aīa in hoīs coniūctione iungitur corpori vt dans ei vitam q̄zuis illud ſit ſpirituale et hoc corporale ⁊ ex illa coniunctione vehementē amorem concipit ad corpꝰ. ſic ligatur igni vt accipiens ab eo penam ⁊ ex illa cōiunctione concipit horrorem. hec ille. Hoc etiam pz ī euangelio de aīa diuitis q̄ clamabat Crucior in hac flāma Pz ergo que ſit penalitas dampnatorum Et hoc ſatis de ſecundo principali. D

Circa tercium principale aug. xxi. libro de ciuitate dei diſcernit opinionē platonicoruz qui dixerunt aīas puniri ſz per penā poſſe purgari. ⁊ hoc idez ponit magiſter vt ibidē ponit augꝰ. Super hoc fūdo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

quandam̄ queſtionem ſcilicet ꝙ
dampnatis nulla ſit remiſſio nec
eis proſunt ſuffragia per nos fac-
ta. et hoc etiam accidentaliter ha-
bet ipſorum penam augmentare.
ꝙ ſuffragia eis nō proſint. vide di
oniſium ſeptimo capitulo eccleſi-
aſtice ierarchie. vbi dicit. Sum-
mus pontifex pro immundis non
orat quia ī hoc auertētur a diuino
ordine. et ibidem dicitur ꝙ peccato
ribus non orat remiſſionem quia
non audiretur pro illis. Et grego
rius. libro viceſimoquarto. morali
um dicit. Eadem cauſa eſt cur non
oretur tunc pro hominibus eterno
igne dampnatis. que nunc cauſa ē
vt non oretur pro dyabolo et an-
gelis eius eterno ſupplicio damp-
natis. que etiam nunc eſt cauſa vt
ſancti non orent pro hominibus ī-
fidelibus impiiſqꝫ defunctis. quia
de eis vtiqꝫ quos eterno ſupplicio
iam dampnatus nouerunt ante il
lum iudicis conſpectum orationis
ſue meritum ceſſare cognoſcunt.
hec ille. Et auguſtinus dicit. qui
ſine fide operante per dilectionem
eius qꝫ ſacramentis de corpore exe
unt fruſtra illis a ſuis huiuſmodi
officia impenduntur. Et hoc habe
tur diſtinctione viceſimo quinto ca
pitulo vnum. Vbi dicitur infra. q̄-
cunqꝫ enim aliquid de iſtis pecca-
tis in ſe agere vel dominari cogno
uerit ⁊ non digne emendauerit. et
ſi habuerit ſpacium longo tempo-
re penitenciam non egerit, largas

elemoſinas non erogauerit. ⁊ pec-
catis iſtis ſcilicet mōlibus non ſe
abſtinuerit. illo tranſitorio igne de
quo apoſtolus ait purgare nō po-
terit. ſed eterna illum flamma ſi-
ne vllo remedio cruciabit. hec ibi.
¶ Sed quid dicemus de trayano
imperatore pro quo orauit beatus
gregorius ⁊ veniam conſecutus ē
Dicunt doctores ꝙ traianus non
fuit in inferno poſitus poſt mor-
tem quia nonqꝫ̄ inde exiuiſſet cum
in inferno nulla ſit redemptio. ſed
deus ſciens beatum gregorium o-
raturū pro ipſo ipſum in alio loco
ſeruauit in quo tamen ſuſtinuit pe
nas dampnatorum vſqꝫ ad oratio
nem beati gregorij. Non tamen
propter hoc deſiſtendum eſt orare
pro mortuis ⁊ elemoſinas facere
quia neſcimus vtrum in infer-
no ſint. aut in purgatorio In qui-
bus duobus locis deus dat vnicui
qꝫ iuxta adiuentiones ſuas vt dici
tur in themate Et hoc patet de ter-
cia principali Rogemus ergo deū
⁊ cetera Amen.

¶ Feria ſexta ſecunde. ſermo de
inuidia.

Vendiderunt iſmahelitis.
Geñ. xxxv. Heri diximꝰ
penas dampnatorum et
demonū ⁊ oñdimꝰ penas illas nō
eē ſatiſfactorias pſ̄ribꝰ dcīs ſacre
ſcp̄ture ī t̄cia pte p̄dicacōis Hodie
ſ̄o conſiderans ꝙ dāpnati vellent
oēs dampnari. quia inuident ōni-
bꝰ ſalutē deꝰ minaui loq̄ de īuidia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

oſtendēdo in hoc principio inuidi-
am eſſe ꝓprie peccatū diabolicuz
⁊ hoīm dāpnatoꝝ. ⁊ per ꝯñs queli
bet tale peccatuz ſequentem dia-
bolum appellabimus. aut certe ip
ſum dicem⁹ habere ſigna ſue dāp
nationis. ꝙ āt inuidia ſit pcc̄m di
abolicum. Nota beatū auguſtinuz
de doctrina criſtiana. vbi dicit. In
uidia viciū diabolicum quo ſolo
diaboſus reus ē ⁊ inexpiabiliter re
us. Non eī diabolo dicitur vt dāp
netur. Adulterium commiſiſti. fur
tum feciſti. villam alienam rapuiſ
ti. falſum teſtimonium dixiſti. ſed
hoīm ſtatui inuidiſti. Hec ille. ꝙ
autem ſit pcc̄m dampnatoꝝ decla-
rat greg. libro tercio moralium v-
bi dicit. Dum electi ꝓficiuntur rep
bi ad rabiem furoris excitantur. ⁊
bona naſcentia que nolunt imita-
tari ꝯſequuntur. hec ille Et ex hijs
dcīs concluditur ꝙ inuidia eſt ꝓ-
prie pcc̄m demonum ⁊ dampnato
rum. vñ tanta ē eoꝝ inuidia ꝙ de
ſiderant et cupiunt quemlibet dāp
nari ⁊ eas penas pati quas ipī pa
tiuntur. qꝛ iuxta cōmune ꝓuerbiū.
Gaudium ē miſeris ſocios habere
penarum Item oñdit ratione quā
ponit bonauentura quarto ſenten-
tiaꝝ di. l. Quia inuidia inſurgit ex
defectu caritatis ⁊ amore ꝓprij bo
ni ſed vtrumqꝫ in dampnatis ē. er
go in eis maxima inuidia vigz. ſz
inuidus nullum vult videre bo-
num. ergo dampnati nollent vide
re aliquem ſaluum cū ſaluatio ſit

quoddaz bonū ergo. Et ſi obiceret
de illo diuite de quo facta ē mentio
heri in euangelio qui petebat vt la-
zarus mitteretur in domuz fratrū
ſuoꝝ ne ⁊ ipſi venirent in hunc lo-
cum tormentoꝝ Dico ſcđo ꝙ dicit
ſanct⁹ thomas ī quolibz q̇dam ꝙ
dāpnati vellent oēs dāpnari per ſe
per accidens āt cupiunt ſalutem a-
liquoꝝ Ratio quoniā dāpnati ſci-
unt non oēs eſſe dāpnaudos ſed a-
liquos eē ſaluandos. ideo ſi alqui
ſaluari debent ex quo contradicere
non pñt potius vellent de ſuis ſal
uari q̄z de alienis. ⁊ hoc ꝑ accidens
ē. non āt ꝑ ſe. Ego autem dicerem
non contradicendo patri meo cui⁹
doctrine nunquam contradixi. ꝙ
diues iſte cupiebat ꝑ accidens ſalu
tem fratrum ſuorum non vt volu
iſſet eos ſaluari. ſed qꝛ ꝑ ipſos no-
lebat magis cruciari. cum frēs ip-
ſi⁹ frepuenter exercebant pccā que
iſte eos docuerat ⁊ ipſis exercitan
tibus pccā ipſi⁹ penam augmenta
bant ipſi. qꝛ ipſe erat cā peccatorū
fratrum ſuorum Pz ergo ꝙ dāp-
nati cupiunt ex inuidia dampnacō
nem omnium hoīm Idea inuidia
eſt pcc̄m demonum ⁊ dampnatoꝝ
De hac īuidia fit mentio ī epła de
filijs iacob qui vendiderunt fratrē
ſuum ioſeph ex īuidia. Et in euan
gelio fit mentio de operatorib⁹ vi
nee qui īuidentes bono dnī ſui oc
ciderunt ſeruos ſuos ⁊ tandem fili
um ſuum heredem. Dic hyſtori-
as ſi placet.

¶ Circa iſtam inuidiam tria nota-
bimus.
¶ Primo bonitatem
¶ Secundo malignitatem.
¶ Tercio exterminationem.
B ¶ Circa primum p̄n
cipale notant doctores ſancti q̄ in
uidia eſt triſtitia ſiue dolor de bo-
no alieno. ad quem ſequitur deſide
rium p̄uationis illius boni. Que
diffinitio ſic nuda ⁊ ſimpliciter ac-
cepta non hʒ veritatē et ideo oportʒ
q̄ ſano modo intelligatur. Unde e
go dico ſcām q̄ pōit ſcūs thomas
ſcda ſcde. q. xxxvi. ar. i. ⁊. ii. q̄ bo-
num alteriꝰ accipitur vt diminuti
uū ꝓpꝛij boī. vn̄ q̄dā triſtitie cāt ⁊
aliq̄n cauſatur iſta triſtitia ratione
timoris. Aliq̄n āt rōe priuationis
quoꝝ neutrum ē pccm̄ Nam pri-
ma cauſatur triſtitia de bono alteri
us ratione timoris qn̄ quis timʒ ex
bono ⁊ ſublimitate alterius nocu-
mentum ſibi ⁊ alijs bonis poſſe ꝓ
uenire. ⁊ vt dicit philoſophus ſcda
rethoricoꝝ talis triſtitia potiꝰ ē ef-
fectus timoris q̄ʒ inuidia. ⁊ poteſt
eē ſine pccō. vnde gregꝰ. xxij. mora
lium dicit. Euenire plerūqʒ ſolet
vt non a miſſa caritate īimici nos
ruina letificet ⁊ zorſum eius gloria
ſine inuidie culpa ꝯtriſtet. cū corru
ente eo q̄ſdā bn̄ erigi credimus et
ꝓficiente illo pleroſqʒ iniuſte opp̄-
mi formidamus. Et ideo in ſacra
ſcriptura de perfectis legitur q̄ de
morte inimicorum ſuorum letabā-
tur. non vt de malo ipſorum con-
tentarentur. ſed ex hoc q̄ remota e
rat oportunitas nocendi bonis. ſi
cut populus dei de morte pharao-
nis oſtendit leticiam dicens. Can-
temus domino glorioſe enim mag
nificatus eſt. equum et aſcenſorez
proiecit in mare. vt patet exodi de
cimoquinto capitulo. Sic dauid
et ſaul cantabant de morte philiſti
im vt patet primo regum decimo
octauo. Et de morte holofernis fac
tum eſt gaudium in omnibus fini
bus iſrahel vt patet. Judith deci-
motercio. Et ad iſtum ſenſum di-
cit iohannes in apocalipſi. vi. capi
tulo. Vindica ſanguinem noſtruʒ
domine deus noſter Non q̄ velleēt
vindictam. ſed remotionem malo-
rum ⁊ perſecutorum bonorum Jō
ꝓpheta dauid in pſalmo. Letabitur
iuſtus cum viderit vindictam. ma
nꝰ ſuas lauabit in ſanguine pecca
toris. Et ſic quis poteſt licite triſta
ri de proſperitate inimici ſine pecca
to ¶ Secundo cauſabitur triſtitia
de bono alterius reſpectu priuatio
nis. quando quis priuatur bono
quod habʒ alter. et dolet q̄ illō deē
ſibi. nō autem dolet q̄ alter habe-
at. Et iſta eſt potiꝰ zelus q̄ʒ īuidia
vt dicit ph̄us ſecundo rethoricorū
rum. Et ſi eſt circa bona honeſta ⁊
virtutes. laudabiꝉ eſt. Ideo dicit a-
poſtolus prima ad corin. decimo
q̄rto. Emulamini ſpiritualia ca-
riſſi Et ieroꝰ ſcribens ad alethā de
īſtructiōe filie dicit. Hēat ſocias a
q̄bꝰ addiſcat, quibus inuideat, et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

quaꝫ laudibus ipſa mordeatur .
Et hanc inuidiaꝫ quiſqꝫ debet ſibi
pꝛiuare meditando legēdo mores
et geſta ipſoꝝ ſanctoꝝ interdum .
dolentes non hēre fidem iohannis
baptiſte · feruorem petri · caritatem
pauli . patientiaꝫ apoſtoloꝝ · humi-
litatem confeſſoꝝ . caſtitatem ⁊ pu
ritatē virginum ⁊ ita diſcurrendo
ꝑ mores ⁊ vitam ſanctoꝝ noui et
veteris teſtamenti · hinc puerbiorū
xxix · Cum impij ſupſerint pncipa
tum gemet popul⁹ Et ps̄ zel⁹ do-
mus tue comedit me Pꝫ ergo inui
diam non ſꝑ eſſe pccm̄ ex hijs que
dicta ſunt . Et hoc ſatis de primo ·

Circa ſcdm̄ C
principale notat ſanctus thomas
ſcda ſcde . q . xxxvi · ar · i · ij . ⁊ tercio ·
q inuidia eſt pccm̄ mōle · ratio q̊ni
am illud qd̄ eſt contrarium caritati
eſt pccm̄ mōle . ſed inuidia eſt con-
traria caritati qꝛ ꝑ ipſaꝫ dolꝫ quis
de bono pꝛimi . ergo eſt pccm̄ mor-
tale Et iob · v · ſcribitur Paruuluꝫ
occidit inuidia . ſed nichil ſpiritua-
liter aīam occidit niſi moꝛtale pec-
catum . ergo inuidia ē pccm̄ moꝛta
le · Et vt ponit idem doctoꝛ vbi ſu-
pra · duob⁹ modis contingit inui-
diam eſſe peccatum moꝛtale . Prīo
mō qn̄ quis tirſtatur de bono alteī
us reſpectu indignitatis Scdo mō
qn̄ triſtatur de bono alteri⁹ reſpec-
tu granditatis Nam triſtatur quis
de bono alterius reſpectu indigni-
tatis cum videt hn̄tē tꝛe hoīeꝫ eſſe
illo bono indignum · que quidem
triſticia non p̄t oꝛiri ex bonis virtu
tum ex quib⁹ aliq̄s iuſt⁹ efficitur
qꝛ talia non dantur indignis · ſed
merentib⁹ · ſed triſticia ē ſolū de ill̄
bonis que p̄nt ꝑuenire dignis et ī-
dignis vt bona tēpoꝛalia · Que in-
uidia repꝛhēſibilis ē ſcdm̄ doctrinā
fidei Nā tēpoꝛalia bona q̄ īdignis
ꝑueniunt ex iuſta dei oꝛdinatione
diſponunt̄ . vel ad eoꝝ correctionē
vel ad eoꝝ dāpnationē · vn̄ dicit au
guſtin⁹ in p̄mo de ciuitate dei De-
us quibuſdā cōfert tēpoꝛalia vt ex
talib⁹ bn̄ficijs boni efficiantur . et
coꝛrectis erroꝛibus ad dei redeant
amiciciā vt pꝛobat in libro de ago
ne criſtiano · quibuſdā vero cōfert
iſta bona tempoꝛalia ad arrā dāp-
nationis eterne vt ꝑcipiant q ꝑp-
ter quedā bona q̄ faciunt hic p̄mia
tur . quaſi ſcꝫ hic hn̄tes paradiſum
ſuum in vita . hec ille Et de mal̄ ſu
is in hac vita nō puniuntur quia
debent hēre infernum in alia vita ·
ideo eis magis compatiendum eſt
q̄ꝫ inuidendum Ideo dicit domin⁹
ꝑ pꝛophetam ſuum dauid in pſal-
mo Noli emulari ī malignantib⁹
neqꝫ zelaueris facientes iniquitatē
Et de ſeipſo loquitur dauid Pene
effuſi ſunt greſſus mei . quia zelaui
ſuper iniquos pacem peccatoꝛum
videns . ¶ Secundo cauſatur triſti-
tia de bono alterius reſpectu gran
ditatis alterius . Et eſt quando q̄s
triſtatur ⁊ dolet q aliquis in aliq̄
bono maioꝛ eſt eo . cupiens illum q̄
habet illo bono priuari · De qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

inuidia dicitur iob quinto capittu-
lo. paruulum occidit inuidia Et ꝓ
uerbiorum xiiij. dicitur . Qui feſti-
nat ditari alijs inuidet . ⁊ iſta in-
uidia eſt communiter īter equales
reſpectu illorum bonorum que poſ
ſunt eſſe communia . quia vt di-
rit philoſophus ſecunda rethorico
rum. Non inuidebit ſeruus domi-
no de domino . nec ſubditus regi .
ſed ſeruus ſeruo . per beneficium ſi
bi collatum a domino . ⁊ ſubditus
ſubdito per reſpectum ad honores
diſtrubuendos. Ex qua loquuntur
aliqui peſtiferi ⁊ mortiferi defect⁹
quos ponit beatus gregorius libro
iij . moraliū . qui ſūt odium. ſuſur-
ratio. detractio . triſtitia in proſpe-
ris . leticia in aduerſis . que omnia
tāgit caſſiodorus dicens . Inuidis
aliena proſperitas aduerſa . aliena
aduerſitas proſpera iudicatur . Hij
in aliena gratulatione triſtantur .
in aliena triſticia gratulantur . Iſti
ſuas in aliena paupertate diuitias
ſuam paupertatem in alienis diui
tijs metuntur . Iſti autem aliene fa
me ſerenitatem detractione nubila
re conantur. aut eiuſdem gloriam
ſola taciturnitate furari hec ille. Iſ
tis ergo modis inuidia eſt peccatū
mortale et eſt vicium diabolicum.
Et hoc ſatis de ſecundo principali
. D
Circa tercium principale no-
ta ꝙ inuidia exterminat hominem
id ē extra terminos ſue natu re tra-
hit . Nam homo eſt animal ratio-
nale mortale riſibile et ſociale ſecū-
dum philoſophum . Et inuidia
primo extrahit ipſum ab aīmalita
te!. Nunquam lectum fuit ꝙ ali-
quod animal ſecundum naturam
noceat ſibiipſi . Inuidus autem
inuidia comburitur intus et ex-
tra . vnde criſoſtomus ſuper ma-
theum omelia viceſima prima di-
cit . O inuidia que ſibiipſi eſt in-
imica . nam qui inuidet ſibi qui-
dem ignominiam facit . illi autem
cui inuidet gloriam parat . Et
quod peius eſt . non vno ictu per-
cutit inuidus vnum ſed multos
Ideo bene inquit proſper libro ter-
cio de vicijs et virtutibus . Tan-
tos ipſe inuidus habet iuſte pene
tortores . quantos virtuoſus ha-
buit laudatores . nam inuidus
ſuo gladio . ſua retorta ſagitta ſe-
ipſum ferit et vulnerat . Et hoc
idem eſt quod per hugonem dici-
tur . Inuidia eſt in ſuum acto-
rem reciprocus de bono alterius
tabeſcentis cruciatus . Inuidia nil
iuſtius . que protinus ipſum auc-
torem ſuum excruciat . ¶ Secun
cundo inuidia ponit hominem ex-
tra rationem . nam rationabiliter
homo debet triſtari de malo proxi-
mi quia quod tibi non vis fieri al
teri ne feceris . ſed inuidus gaudet
de aduerſitate proximi vt ponit
ſanctus thomas ſecunda ſecunde .
queſtione triceſimaſexta articulo .
ſecundo in fine reſponſionis Ter
cio trahit hominem a mortalitate .

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Nam homo ſuperbus inuidet pſ.
peritati ꝓximi dū exaltat̃ ⁊ viuit
quaſi ipſe non ſit mortalis Jō inq̃t
aug⁹ de verbis dn̄i Inuidia ē fili-
a ſuperbie q̃ neſcit eſſe ſterilis . vbi
cunq; fuerit continuo parit. ſuffo
ca matrem ⁊ non erit filia tibi.

¶ Quarto trahit ipſum hoīez extra
riſibilitatem . Nā ipſa riſibilitas
ſequitur q̊cunq; bono hoī ꝑſenta-
ta. ſed ſi bonū ꝑſentat̃ inuido non
ridet immo triſtatur. ¶ quinto ex-
trahit ipſum a ſocialitate . quia cū
ꝓximo dz ſtare in concordia ⁊ pace
⁊ inuidia facit ipſum inimicū ꝓx-
imi ſui Vn̄ ſup iohannē dicit Tol
le inuidiam ⁊ tuum eſt qđ habeo.
tolle inuidiam ⁊ meū ē qđ habes.
Et q̇ moueat ſocialem amicitiam
nota illud qđ dicit petrus rauēnas
Eſt inuido vult⁹ plen⁹ minarum
toruus aſpectus. pallor in facie. in
labijs tremor. in dentib⁹ ſtridor . ī
lingua verba rabida ⁊ effrēata ab
conuicia. man⁹ ad violentia ꝓp̄p-
te. hec ille. Pz ergo hoīez eſſe extr̄
terminos nature ſue ꝓprie ꝑ peccm̄
inuidie. ſicut pz fuiſſe in fratribus
ioſeph qui non egerunt vt aīalia .
non vt rationales. non vt morta-
les. non vt riſibiles. non vt ſocia-
les. non vt pij ⁊ miſericordes. ſed
vt diabolici non compatientes pa-
tri cui ioſeph erat ad ſolatium. nō
compatientes fratri depcanti. ipſū
iſmahelitis vendiderunt. ⁊ tāquā
crudeles tunicam cruentantes pa-
tri optulerunt . quos bene extermi
natos. i. in beſtias transformatos
iacob ꝓphetauit dicens Fera peſſi
ma id ē ſocietas fratrū filiorū me-
orum deuorauit filium meū ioſeph
Similiter ⁊ agricole interfecerunt
filium heredem vinee ſicut hēt̃ ī e-
uangelio . Ecce ergo quō inuidia
ponit hoīez extra naturā ſuam Et
hoc ſatis eſt de tercio principali.

Sabbato tercie dominice . ſer-
mo de contritione.

MIchi quoq; obſecro vt be
nedicas. geneſis xxix. ca.
Heri declaraui inuidiam
eſſe peccm̄ mortale ⁊ extrahens ho
minem extra naturam ſuā. ⁊ pec-
catum proprie conueniens demo-
nibus ⁊ dampnatis. vnde conclu-
debam quemlibet inuidum aut eſ-
ſe diabolum aut habere ſigna ſue
dampnationis. Hodie conſiderās
qz propter illđ peccm̄ multi damp-
nantur determinaui loqui de con-
tricione qua quis dolet de iſto pecc̄ō
⁊ de alijs . ex qua deus immediate
parcit peccatori. vn̄ pſalmiſta Dix
i confitebor aduerſum me iniuſtici
am meam ⁊ tu remiſiſti impietatē
peccati mei. A

¶ Sed h ſolet moueri vna q̄ſtio. ſi ſi-
ne confeſſione poſſint remitti pecc̄ā
ex ſola contritione. quibuſdam au-
tem videtur q̇ ſic. Nam beatus ā-
broſius dicit. ⁊ allegatur a magiſ-
tro ſententiarum ī quarto diſtincti
one xv Et ponitur ī decretis de pe
nitentia diſtinctione prima . petr⁹
doluit et fleuit quia errauit vt hō .

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

non inueniā q̄d dixerit· ſcio ꝙ fle-
uerit lacrimas eiꝰ lego. ſatiſfactio
nem non lego Itē iohannes criſoſ-
tomus . lacrime lauant delictū q̄d
pudor ē cōfiteri· Et ꝓpheta in pſal
mo Sacrificiū deo ſpiritꝰ contribu
latus cor contritū ⁊ humiliatū deꝰ
non deſpicies. Vn̄ voluntas ꝓ ope
reputatur ⁊ acceptatur vt pȝ de pe
nitentia diſtinctione ·i· ca. Pericu-
loſe . Et ſunt verba auguſtini vbi
dicit Periculoſe ſe decipiunt q̄ exiſ
timant tm̄ eos eē homicidas · qui
manibus hoīeȝ occidunt. ⁊ non po
tius eos per quoꝝ fraudem ⁊ conſi
lium ⁊ exhortationem hoīes extin-
guntur Nā iudei nunquā dn̄m ꝓ-
prijs manibus interfecerunt. ſicut
ſcriptum ē Nobis non licȝ īterfice
re quēquā· ſed tm̄ illis dnī mors ī-
putaturq; ipſi lingua eū īterfecerūt
· qui ergo hoīeȝ tradit ille īterfecit
eū· dn̄o dicente . Maius pcc̄m ha-
buit qui tradit me tibi· hec ille . Et
pſalmiſta· Filij hoīm dentes eorū
arma· ⁊ ſagitte eoꝝ gladiꝰ acutus
Sȝ ipſa contritio ē in volūtate· er-
do ꝑmiatur ſine confeſſione· Et ea
dem di. ca. oīs Et ſunt verba iero-
nimi vbi dicitur Oīs iniquitas et
oppreſſio ⁊ iniuſticia iudiciū ſāgui
nis ē Et licȝ gladio non occidas tm̄
interficis. hec ille ſuꝑ pſa . pȝ ergo
ex hijs ſolam contritionem ſuffice-
re ad remiſſionem peccati ſine con
feſſione · Reſpondeo ꝙ poſſumus
conſiderare hominem penitentem
dupliciter . Vno modo in ſtatu ne-
ceſſitatis · Alio modo in ſtatu pro
ſperitatis et ſanitatis. Primo mo
do dico ꝙ ſola contritio poteſt ad
hoc ſufficere .quia vt deus ait per
ezechielem prophetam decimooc-
tauo capitulo · In quacunq; hora
ingemuerit peccator ad me exaudi-
am eum . Secuudo modo dico ꝙ
ſola contritio non ſufficit licȝ de-
us per veram contritionem pecca-
ta dimittat et indulgeat · vt iſte au
toritates teſtantur · ſed etiam ne-
ceſſaria eſt confeſſio vbi aſſit com
moditas ſacerdotis · licet confeſ-
ſio non ſit illa que peccata dimit-
tat . prima eſt neceſſaria vt dens
indulgeat . ſecunda eſt neceſſaria
vt homo penitentem ſe oſtendat
et eccleſie mandatum cuſtodiat .
Iſta reſponſio habetur de peniten-
tia diſtinctione prima capitulo ·
Si cui infra vbi dicitur · Non er-
go in confeſſione peccatum remit
titur · quia iam remiſſum eſſe pro
batur ſcilicet per contritionem .
Fit itaq; confeſſio ad oſtentionem
penitentie non ad impetrationem
venie . Et ſicut circumciſio data
eſt abrahe in ſignum iuſticie et nō
in cauſam iuſtificationis · ſic con-
feſſio ſacerdoti offertur in ſignum
venie accepte . non in cauſam re-
miſſionis accipiende · hec ibi.
Eſt etiam mandatum eccleſie vt
patebit craſtina die quando de
confeſſione predicabimus · Non
ergo ſola contritio ſufficit ideo
ponitur in epiſtola quod eſaias.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ploraus amiſſionē benedictionis
paterne p̄ quē ſignificatur pccōr
qui amiſit dei bn̄dictionē iuit ad pa
trem p̄ quem ſignificatur ſacerdos
⁊ dixit Michi q̊q3 obſecro bn̄dicas
id ē abſ̄de me abſolutum p̄ tuā auc-
toritatē in euangelio etiam hētur
de filio pdigo q̄ in ſe reuerſus dixit
Ibo ad patrem meū ·i· ad ſacerdo-
tem Dic hiſtorias ſi placet.

¶ Circa iſtud tria notabimus

¶ Primo contritionis q̄ddītatem·

¶ Secundo contritionis qualita
tem·

¶ Tercio contritionis quātitatē·

¶ Circa pmū pncipale ponit ſāc
tus thomas·iiij·ſē.di.xv·diffinicō
nem contritionis q̄ ſic diffinit B

¶ Contritio eſt dolor voluntarie aſ-
ſumptus p peccatis cum pposito
confitendi ⁊ ſatiſfaciendi Naz cor
ipſius cōteri dicitur cū affect⁹ pec
cati ſcđm oēm ſui partem in eo to-
taliter conſtringit ⁊ cū pccōr ipſe p̄
fecte a peccato ſuo reſilit Et q2 tal̄
reſilitio dolor quidam eſt·Ideo cō-
tricio p̄ dolorem tanquam per pri
mum genus diffinitur ſiue deſcri-
bitur Additur āt voluntarie aſſūp
tus tanq̄z differentia ab alijs dolo
ribus non aſſumptis voluntarie·
Et additur p peccatis tanq̄z mate-
ria ſpecificans·Additur cum pro-
poſito confitendi ⁊ ſatiſfaciēdi ad
oſtendend̊ q̄ ſit pars penitentie ſa
cramental̄·Sed ſcđm ſanctū tho-
mam·iiij.ſē.di.xiiij.queſtione ſcđa
tria ſunt conſideranda· pmo quid
conteritur Scđo cum quo conterit̄
Tercio quare conteritur·

¶ Circa primum nota q̄ duo cōteri
debent ſcz cor ⁊ culpa. p̄ mo d3 con
teri cor·qđ ad litteram in vera con
tritione teritur pre nimia anguſtia
⁊ dolore et indignatione quam con
tra peccata ſua concipit ·vnde Io-
helis ſecundo dicitur Scindite cor-
da veſtra Scđo conteri debent cul-
pe.q̄ quidem dolore illo conterunt̄
id eſt ſimul ⁊ totaliter teruntur Dn̄
p̄s Effundite coram illo corda veſ
tra Et ieremias trenorum ſcđo Ef
fundite ſicut aquam cor veſtruz Et
ieremie quarto. Laua a malitia cor
tuum ¶ Circa ſcđm ſunt duo qb⁹
cor conteritur ſcz ſpes diuina ⁊ ti-
mor dei. que ſunt quaſi due mole·
Prima mola ſcz diuine ſpei eſt in-
ferior eleuans ſenſum ad ſpem ve-
nie veniens ex conſideratione miſe
ricordie dei ne mens a peccatis ob-
ruta deſperet·vnde pſa.xl. ſcriptū
eſt. Qui ambulauit in tenebris ſciz
peccatorum ⁊ non eſt ei lumen ſpe
ret in nomine domini ⁊ inuitatur
ſuper deum ſuum·Et pſa.xlv. aīe
peccatrici dicitur Tolle molam ſcz
ſpem et mole farinam. Scđa mola
timoris dei eſt ſuperior depmens·
quo anima timet penam ex conſi-
deratione diuine iuſticie recolēs qđ
apl̄us ad hebre.x·ait.quā horren-
dum eſt incidere in manus dei vi-
uentis. Hee due mole ſignate ſunt
apoc.x. vbi ponitur Et angel⁹ po
ſuit pedem dextrum ſuper mare et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ſiniſtrū ſup̲ terrā · q̄d p̲ āgelū niſi
angelica contritionis gratia a deo
per angelum miſſa. qui pedeꝫ p̲ui
dētie ſeu benignitatis dei ponit ſu-
per mare mentis' amaricate ne de
iuſtitia dei deſp̲et Et ſiniſtraꝫ ſ up̲
terram mundialis ⁊ criminoſe mē
tis ne de diuina miſericordia dei p̄-
ſumat Ideo ꝓpheta in pſalmo Spe
ra in domino hoc eſt ne deſperes ⁊
fac bonitateꝫ. hoc eſt de diuina mi
ſericordia non nimis preſumas .
hoꝝ enim duorum alterum ſine al
tera ad ruinam non ad ſalutē ē. In
figura cuius dictum eſt moyſi deu
teronomij xxiiij· Ne accipias loco
pignoris inferiorem aut ſuperiorē
molam . ſed vtrāqꝫ vel nullam q̄a
nec ſperandum eſt ſine dei timore·
nec timendum eſt ſine diuina mi-
ſericordia Nam cayn ⁊ iudas mo
lentes ſola mola timoris interierūt
quos alij plures ſequuntur Sceleſ
tiſſimi quoqꝫ peccatores continue
in ſceleribus exiſtentes ſola mola
diuine miſericordie molentes etiaꝫ
pereunt. Ideo apoca·xiiij'. dicitur
ꝙ angelus per medium celi volās
clamabat alta voce· Timete deum
¶ Circa tercium duo ſunt ꝓpter q̄
mens humana conteritur . Primū
quia anima eſt delicata ⁊ decora ad
dei imaginem facta . propterea ait
illi dominus canticorum quarto .
Tota pulcra es amica mea· ⁊ ma-
cula non eſt in te ſcilicet ex natura
a me formata ſed ex malitia a te pa
trata maculam contraxiſti. Secū
dum eſt quia aīa contritioni non
aſſueta fit ī peccatis putrefacta et
pccm̄ aīam indurat ſicut morbus
carnem· vn̄ Iob xiij· ca. dicit Indu
rabitur cor eius quaſi lapis ideo di
cit Gre · Contritio apoſtema pun-
git. confeſſio aperit ſatiſfactio em-
plaſtrum ponit. ⁊ ex hijs tribus pꝫ
primum principale. C
¶ Circa ſcdm̄ principale ſcꝫ circa
qualitatem contritionis tria conſi
deranda ſunt ſcꝫ p̲fectionem. falici
tatem. ⁊ difficultatē ¶ Circa p̄mū
ponunt doctores differentiam int̄
contritionem ⁊ attritionem Attri-
tio naſcitur ex timore pene ⁊ eſt qn̄
quis dolet de peccatis aliquib9 · nō
autem de omnibus. ſed tantum de
magnis ſicut de homicidio . prodi-
tione. incendijs. blaſphemijs · per
iurijs. vſuris manifeſtis rapinis ·
ſacrilegis· ſtupris. ⁊ ſimilibus De
paruis autem culpis licet mortali
bus non multum curat· nec de ip-
ſis multum dolet Sicut de venditi
one termini et acquiſitis per illuꝫ·
de frequentatione mundanorum
iuramētoꝝ de menſuris· de ponde
ribus falſis. de acquiſitis per ludū
ꝙ nō audierit tempore debito miſ
ſas· ꝙ nō celebrauit feſta ⁊ pluri-
bus alijs ſimilib9 Similiter ⁊ mu
lieres non multum dolent de ſuper
fluis veſtibus precioſis · curioſis
vanis. de capilloꝝ intorturis laſ-
ciuis et alijs ſimilibus . ¶ Contri-
tio aūt naſcitur ex ꝯſideratione diui
ne offenſe· ⁊ eſt quādo aliquis dolꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

de peccatis omnibus. magnis. par
uis mortalibus ⁊ venialibus . Ita
ꝙ dolet fregiſſe diuina precepta .
dolet peccaſſe in ſeptem peccatis
mortalibus in quinqꝫ ſenſibꝰ cor-
poris. ⁊ vniuerſaliter de omnibus
peccatis que poſſunt committi cor
de. ore. ⁊ opere. ⁊ de bonis omiſſis
Et iſta eſt a gratia diuina procedēs
⁊ de hoc loquitur ꝓpheta ī pſalmo
Sacrificium deo ſpiritus contribu
latus. ⁊ cetera . que oīa exēplo pa-
tere pn̄t. Nā ſit duo mōticuli vnꝰ
ex collectione lapidum. alius ex col
lectione puluerum lapidum. tāgat
vterqꝫ baculo primus faciet rumo
rem. ſecundus non . Quare autē ſꝫ
fit ratio eſt quia primus monticu-
lus eſt de lapidibus tritis. ſecundꝰ
vero de lapidibus contritis . ſic cor
tritū et non contritum murmurat.
recalſitrat. eſt inobediens peniten-
tijs confeſſoris ſui Cor vero cōtri-
tum nullum rumorem facit. ſed ſe
iugo penitentie ſubicit. D.

Circa ſecundum ſcilicet facilita-
tem. magna eſt facilitas ex parte
noſtra ad habendum contritionem
Nam vt habetur extra de remiſſioī
bus capitulo primo Vnumquodqꝫ
per quaſcunqꝫ cauſas naſcitur per
eaſdē diſſoluit Cū āt peccm̄ ꝑ volū
tatis actū ſufficient p̄t naſci ſuffi-
cienter āt per voluntatis actuꝫ ſciꝫ
per diſplicentiam ⁊ dolorē quantū
eſt ex parte noutra p̄t tolli. Et cum
habere dolorem ſꝑ ſit in hominis
poteſtate. non autē habere dolorem
ſenſibilem. Ideo deus non requirit
dolorem ſenſibileꝫ de contritionis
neceſſitate. licet ſit ad eius perfecō-
nem ſecundum ſanctū thomam et
alios doctores. facilis eſt ergo con-
tritio ex parte noſtra quia a volun
tate ꝓcedit que eſt libera Nam eccī
xv. dicitur . Deus ab inicio conſti-
tuit hominem ⁊ reliquit illū ī ma-
nu conſilij ſui .

Circa tertium ſcꝫ circa difficultā
tem Licet enim in libertate volun-
tatis ⁊ rationis electio contricoīs
conſiſtat. ex altera tamen ꝑte diffi-
cillimum ē habere veram contricō
nem Nam ſecundum ſanctum tho
mam in quarto di. xvi. ar. ij . Do-
lor inq̄ꝫtum eſt diſplicentia ratōis
in vera contritione menſuratur ſe-
cundum quantitatem caritatis q̄
tanta eē debet vt ſuper omnia deū
etiam ſupra ſeipſum diligat . hoc
autem fit cuꝫ pro nullo commodo
vel incommodo deum offēdere ve-
lit ⁊ hoc intelligendum ē de diſpli-
centia rationis. vnde debet peccatū
diſplicere rōi in tantum ꝙ nullo
pacto nullo commodo vel incōmo
do velit conſenſiſſe vel etiam con
ſentire in ipſum . qm̄ voluntas q̄
ex aliqua cauſa conſentit in culpā
iuſta minime eſſe poteſt. Verump-
tamen ſicut neceſſe non eſt haben-
tem caritatem velle mori pro criſto
ſed in caſu in quo oporteret ipſum
amittere caritatem per corpoream-
vitam . tunc tenetur magis mori
ꝓ criſto q̄ꝫ amittere caritatem. ſit ī

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ꝓpoſito intelligendum eſt ſecundū
eum. Ex hijs dc̄is ſancti thome infe
ro iſtam concluſionem. ꝙ ille qui
conteritur principaliter propter ti-
morem inferni non ꝓpter amorem
dei non eſt in ſtatu ſalutis. qꝛ non
dolet amore dei ſed amore ſui vnde
ſi ceſſaret dampnatio ceſſaret con-
tritio. Vnde licet ad contritionem
concurrere debeat timor humiliās
prius tamē concurrere debet amor
inflammans. Et in hoc apparet dif
ficultas contritionis. quia difficile
eſt habere tantam caritatem q̄ntā
eſt neceſſe habere. Et hoc ſatis ē de
ſecundo principali. E

¶ Circa tercium principale ſcꝫ cir-
ca quantum contritionis. Tres nē
pe ſunt gradus contritionis. Eſt e-
nim contritio ſufficiens. eminens
⁊ exuberans. Contritio ſufficiens
eſt qua dolet quis de omnibus pec-
catis ſuis ſecundum diſplicentiā
rationis. Contritio autem eminens
non ſolum eſt diſplicentia rationis
⁊ voluntatis. ſed etiam paſſio af-
fectionis in ſenſualitatem reſultās.
Talis autem dolor ſecundum ſāc-
tum thomam in quarto diſtinctio-
ne. xvi. non eſt neceſſarius nec in
poteſtate humana et non ſequitur
amorem ſed affectionem. Igitur ꝙ
homo magis doleat de peccatis ſu-
is q̄ꝫ de amiſſione vel toti⁹ ſubſtā-
tie vel proprie vite. hoc quidem eſt
perfectionis ⁊ congruum. non autē
obligationis. ⁊ neceſſarium. Hāc
habuit dauid cum dixit. Fuerunt
michi lacrime mee panes dies ac
nocte. ⁊ cetera. Contritio vero exu
berans vocatur quando tantum
augetur diſplicentia rationis et do
lor ſēſitiu⁹ ⁊ affectionis ꝙ in preſē
ti vita remittitur omnis pena que
debetur pro culpa que paucis con-
ceſſa eſt. et quando conceditur eſt
magnum donum. De hac dicit ie
ronimus. Lacrima extinguit infer
nalem ignem. quem non tota aq̄
occeani extingueret. Et beatus ber
nardus. O humilis lacrima. tuum
eſt regnum tua eſt potentia. Ante
conſpectum iudicis non vereris
accedere. ſola ſi intraueris quidq̄d
petieris obtinebis. Accuſantibus
ſilentium ponis. de ore principis
ſententiam rapis. Quid plura? Vi
ris inuincibilem. hec ille. Hanc cō
tritionem exuberantem habuit ha-
buit ipſa beata maria magdalena
quando ei dictum fuit luce quinto
capitulo. Remittuntur tibi pecca
ta tua. et cetera. Et in hijs gradi-
bus manifeſte apparet quantitas
contritionis. Et hoc ſatis eſt tercio
principali. Dicamus ergo deo om
nipotenti. Michi quoqꝫ obſecro vt
benedicas id eſt contritionem con-
cedas. Amen.

¶ Dominica tertia q̄drageſime.
ſermo de confeſſione.

Omnis immundicia n̄ noīe
tᷓ ī nobis Ad ephe v. Heri
declaraui ꝙ ꝑ vāꝫ ꝯtricōēꝫ
de⁹ īmediate pccā dimittit. ⁊ ꝙ vl
trᷓ ꝯtricōēꝫ ī hn̄tibus ꝓſperitatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

⁊ ſanitatem neceſſaria erat confeſ-
ſio. non quidem ad impetrationez
venie ſed ad oſtēſionem penitentie
hodie reuertendo. unde. A
ſecundo probo ex dictis doctorum
confeſſionem eſſe neceſſariam Naz
vt habetur extra de penitentijs et
remiſſionibus. Eccleſia primo hoc
precipit dicens. Oīs vtriuſqꝫ ſexꝰ
fidelis poſtqꝫ ad ānos diſcretionis
venerit tenetur ſemel in anno ꝓpͦ
ſacerdoti confiteri peccata ſua ⁊ eu
chariſtiam ſumere ſaltem in paſca
te. Idem dicit ambroſius in libro
de paradiſo ⁊ ponitur ī decretis de
penitentia di. i. ca. Si cui infra vbi
dicitur. Nō poteſt a peccato iuſtifi-
cari quiſq̄z niſi fuerit ante peccatū
confeſſus Et ieronimꝰ ſupra exo.
Et allegatur de pe. di. ꝑma ca. vbi
ſupra dicit. Venit inquit aaron et
oēs preſbiteri de iſrahel manduca-
re panem cum ſocero moyſi in con
ſpectu domini Omnia ergo que fa
ciunt ſancti in conſpectu domini
faciunt. peccatores autem a cōſpec
tu dei fugiunt. Deniqꝫ ſcriptum ē
ꝙ adam poſtquam peccauit fugit
a conſpectu dei ⁊ interrogatus reſ-
pondit. Audiui inquit vocem tuā
⁊ abſcondi me. quia nudus erā Sz
⁊ caym de fratricidio condempna-
tus a deo. Exijt inquit a facie dei ⁊
habitauit in terra naym Exijt ergo
a facie dei. quia indignus erat ſuo
conſpectu. ſancti autez manducāt
⁊ bibūt in conſpectu dei ⁊ oīa que
agunt ī conſpectu dei ſunt Ex hijs
dictis ieronimi hētur ꝙ quidquid
agunt ſancti id ē ſacerdotes in con
ſpectu dei ē qꝛ tradita ē ipſis poteſ-
tas ſoluendi atqꝫ ligandi. vt dicit
magiſter in iiij. di. viij. Unde am-
broſius in libro de paradiſo ⁊ po-
nitur de penitentia di. ꝑma ca. vbi
ſupra dicit. Verbum dei dimittit
pccā. ſacerdos eſt iudex. ſacerdos q̄
dem officium ſuum exhibet ⁊ nul-
lius poteſtatis iura excercet Et pau
lo poſt Dominꝰ par[illegible]is ⁊ ſoluendi
eſſe voluit ⁊ ligādi. ⁊ vtrumqꝫ pa
ri conditione permiſit. ergo qui ſol
uendi ius non habet nec ligandi.
Et infert. Ius enim hoc ſolis ꝑmiſ
ſum eſt ſacerdotibus. hec ille. Con-
feſſio ergo neceſſaria ē ꝓter cōtricā
nem vt doctoribꝰ placet. Ad hanc
nos hortatur apoſtolꝰ in themate
allegata dicens Oīs inmunditia n̄
nominetur in vobis Tunc eī fiet q̄
cum ꝑ veram contritionem ⁊ con-
feſſionem fuerimus purgati a pec-
cato. Et ſic confitendo aperiemus
os ⁊ loquemur coram ſacerdote q̄
muti tacuimus longo tempore et
tunc mirabuntur turbe demonum
dicentes. Ecce q̄z cito ꝑdidimꝰ illū
quod longo tēpore acquiſiuimus.
Quia in euangelio ſcribitur. Locu-
tus ē mutꝰ id ē peccator. qui diu ab
ſcondit pccā ſua. ex qua taciturni-
tate dicitur mutus ⁊ ad mirate ſūt
turbe ſcꝫ demonum. Dic hiſtorias
euangelij epiſtole ſi placet.
Circa hanc confeſſionem tria
notabimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

¶ Primo confeſſionis prepara-
tionem.
¶ Secundo confeſſionis diſcreti-
onem.
¶ Tercō cōfeſſionis integritatez.
B ¶ Circa primum
principale ponit yſaias. xxxviij.
modum quo homines ſe prepara-
re debent ad confeſſionez faciendā
hijs verbis Recogitabo tibi omnes
annos meos in amaritudine ani-
me mee Ex quibis verbis triplex
preparacio veri penitentis inſinu-
atur. ¶ Prima eſt recogitationis
cum dicit. recogitabo. ¶ Secundū ē
recordationis. cuz dicit. tibi omnes
annos meos ¶ Tercia eſt amarica
tionis. cum dicit. in amaritudine a
nime mee. Prima quidem eſt reco-
gitationis id eſt iterum ⁊ iteruz co-
gitabo. contra multos inſenſatos
qui ad confeſſionem impremedita-
te accedunt. ⁊ de peccatis ſuis nul-
lam ſollertiam atqz recogitationez
faciunt. cum tamen in veritate cō-
ſtet iſta meiora eſſe negocia qbuſ-
cunqz alijs que in hac vita habere
poſſent Sunt enim tanto examine
digna q pro eis dei filius paſſus ē
vt atteſtatur auguſtinus ſuper il-
lud ad thimotheum primo capitu-
lo Venit criſtus in hunc mundum
peccatores ſaluos facere. Nullo cā
fuit veniēdi criſto domino niſi pec
catores ſaluos facere. Tolle mor-
bos. tolle vulnera. ⁊ nulla erit me
dicine cauſa Et pro iſtis examinan
dis iterum venit ad iudicium cum
ſenatoribus terre vt dicitur p ma-
theum viceſimoquinto capitulo v
bi dicitur Cuz venerit filius homi
nis in ſede maieſtatis ſue cōgrega-
buntur ante eum omnes gentes. et
diſceptabit cum eis eorum peccata
O inſenſata hominum cura. que ſe
cularibus negocijs occupata de a-
nima propria obliuiſcitur Duo nā
qz recogitanda ſunt a vero peniten
te ¶ Primum beneficia recepta.
¶ Scōm eſt mala commiſſa Primo
quidem recogitāda ſunt omnis bn̄
ficia ſcz bn̄ficium creationis guber
nationis. redempcionis. ⁊ reconſili
ationis. Iterum debet cogitare om
nia beneficia pticularia ſecundum
diuerſos ſtatus ⁊ conditiones Na
turale quidem eſt q recogitatio bo
ni ducit in amorem dantis ⁊ ī gg-
nitionem luminis veri Hoc figurā
tum eſt leuitici ſexto. vbi p̄cepit do
min⁹ Ignis ī altari meo ſp ardebit
quē nutriet ſacerdos ſubiciens ma
ne ligna p ſīgulos dies Quid p ig
nē niſi ardens dilectiō dei ſignifica
tur. Altare qdē q̄i alta res altitudi-
nē hūani cordis aperte ſignificat. ī
illo ſp ardere dz ignis diuini amo-
ris quem ſacerdos id eſt rationalis
ītellectus cōſeruat ⁊ fouet. ſingula
bn̄ficioꝝ r̄ceptoꝝ p ſinglos dies re
cogitādo cotidie magis ī amore di
uīo ferueſcit. Scōo r̄cogitāda ſunt
mala cōmiſſa ⁊ bōa omiſſa In qꝫ
cogitacōib⁹ n̄ diu īmorād ē ſz cur-
ſī pcurrēda ſūt ne mētē ſabe īficiāt
Nam puerbioruz xiij. ſcriptum eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Que tetigerit picem ſcꝫ per tactuꝫ
cogitationes moroſe coinquinabit
ad ea Talis namqꝫ recogitatio pec
catorum facit venire in odium mū
danaꝝ rerum ⁊ deteſtationem vite
p̄terite Unde ieremie ſcd̄o dicitur.
vide vias tuas ⁊ ſcito quid feceris
ſcꝫ o curſor qui taꝫ īp̄meditate cur
ris ad confeſſionem. Scd̄a p̄para-
tio eſt recordationis in omnes an-
nos q̄ quidem in ſe difficilis ē cum
memoria labilis ſit ⁊ cito p̄teritoꝝ
obliuiſcatur maxime in illis q̄ diu
in peccato permanſerunt Sed no
ta ſeptem breues cogitationes qui
bus recordari poterit hō omnium
ſuoꝝ peccatorum que commiſerit.
Primo cogitet vitam ſuam ſecū
dum diuerſas etates ſcꝫ pueritie.
adoleſcentie·iuuentutis·virilis. et
ſenectutis. ⁊ in hiis ſciꝫ diſcurrat
peccata q̄ committuntur in pueri-
tia ⁊ aliis etatibus nominatis.
Scd̄a cogitet diuerſos ſtatus ſcꝫ v̄-
ginalem vidualem· ⁊ matrimonia
lem ⁊ cun hiis oīa peccata que cō-
mitti poſſint in hiis ſtatibus Ter
cio cogitꝫ diuerſas fortunas ſcꝫ pſ
peritatis ⁊ aduſitatis. ſāitatis et e-
gritudinis diuitiaꝝ ⁊ paupertatis
ſi equo animo iſta tollerauit. aut q̄
modo in iſtis ſe refrenauit. quar-
ta cogitet diuerſa officia que plerū
qꝫ exercuit puta ſi fuit poteſtas. ca
pitaneꝰ cancellarius ⁊ quō artem
ſuam fecit id eſt iuſte vel iniuſte.
quinto cogitet diuerſa loca in qui-
bus fuit·quid egit in ciuitate·in ru
re·in domo. ī platea·in vicis. ī ec-
cleſiis. ⁊ ſimilibus locis. Sexto
cogitet diuerſas ſocietates cuꝫ qui-
bus conuerſatꝰ eſt et que pccā per
ipſos commiſit de die de nocte et
ſimilia Septimo cogitet diuerſum
modum peccandi ſcꝫ aut contra fi
fidem aut contra p̄cepta diuina ā
in peccatis mortalibus et ſic de ſin
gulis Ex conſideratione horum v-
niuerſalium facillime deuenietur ī
recordationem omnium peccatorū
quoniam ſecundum ariſtotileꝫ Ex
cognitione vniuerſalium venimꝰ
in cognitionem ꝑticularium Et p̄t
poni exemplum auicenne de homi
ne veiente a longe quē primo cog-
noſcimus ꝙ ſit ens·ſecundo ꝙ ſit
ſubſtantia. tertio ꝙ ſit animal· q̄r
ta ꝙ eſt hō. vltimo ꝙ eſt hic homo
Ita etiam conſiderando·verbi gra
tia ſtatum matrimonialem in vni
uerſali venit conſequenter in parti
culari in cognitionem peccatoruꝫ
que in matrimonio committi poſ-
ſunt Ideo eccī. xiii·dicitur Tempꝰ
colligendi lapides. et tempus diſ-
pergendi. tempore totius anni pec
cata diſperguntur ſed tempore con
feſſionis peccata colliguntur·faciē
do recordationem ī omnes annos
ſuos ¶ Tercia preparatio ē ama-
ricatiōis ſine qua precedēte. vana
eſt confeſſio. ad quam amaricatio
nem ieremias tercio hortatur dicēs
Statue tibi ſpeculum· pone tibi a-
maritudines. dirige cor tuuꝫ in vi-
am rectam. Hanc amaritudinem

ſentiebat dauid cū ait Rugiebaꝫ
a gemitu cordis mei. Et nota ſecū
dum ſanctum thomam in ſuis qō-
libetis ⁊ in quarto ſententiarū ꝙ
dꝫ eſſe tantus dolor peccatoris vt
diſponat de cetero prius velle mo-
ri ſi eſſet neceſſe ꝗꝫ aſſentire pccā
mōꝛli. cuiꝰ ratio eſt quia magis a-
mare debemus deum ꝗꝫ nos. ⁊ iō
debemus potius velle deſerere cor
pus noſtrum ꝗꝫ ipſum deum. ꝑri
mo dico ꝙ ſi non eſt tanta amari-
tudo peccati quanta fuit delectatio
ꝙ ibi non eſt vera contritio nec ꝑ
conſequens confeſſio Huius exem
plum habemꝰ de ſuſanna que poti
us volebat mori ꝗꝫ relinquē legem
dei Et hec vocatur preparatio ama
ricationis vera. Et ſic patet primū
principale.

C Circa ſecūdum principale poīt
ꝑs ꝙ hō magnam debꝫ habere diſ
cretionem in confeſſione dum dicit
Cogitatio hoīs confitebitur tibi
Nam in hoc ꝙ dicit hoīs diſcretio
nem indicat. Nam hō eſt animal
diſcretum ⁊ rationale. ideo in con-
feſſione diſcretus eſſe debet. C

C Triplex namqꝫ diſcretio neceſſari
a eſt vere penitenti. ꝑma eſt electio
nis. ſcda eſt ſollicitationis. tertia ē
modificationis Prima quidem ē
diſcretio electionis vt ſciat ſibi eli-
gere cōpetentem confeſſorem ſcdm
veram conſcientiā Tria autem ſūt
confeſſori neceſſaria vt poſſit peni
tentibus ꝓuidere. primum ē ſcien-
tia. ſecundum ē conſcientia. terciū
eſt auctoritas Aliter non eſt ſine pe
ricula penitentis ⁊ confeſſoris.

Primo eſt ei neceſſaria ſcientia. vt
habeat claritateꝫ cognitionis. ſicut
dicit augꝰ. de penitētia di. ſexta ca.
Caueat vibi dicitur Caueat ſibi iu
dex ſpiritualis vt ſicut non cōmi-
ſit crimen nequitie. ita non careat
munere ſcientie. Oꝫ enim ꝙ ſciat
quid iudicare debeat Iuditiaria nā
qꝫ poteſtas hoc expoſtulat vt qō
iudicare debet diſcernat. hec ille Si-
cut enim in lege dnī officium ſacer
dotis erat iudicare de lepra ⁊ diffe-
rentijs eius. ita vnuſquiſqꝫ lepro-
ſus mundus iudicabitur iuditio
ſacerdotis vt dicitur leuitici. xxiij.
ca. Et ponitur de penitentia diſtinc-
tione ſexta. Sic ſacerdos euangeli-
cus iudicare debet de lepra ſpiritu-
ali ſcꝫ de peccatis ⁊ differentijs pec
catoꝝ Sacerdos enim ſine ſcienti-
a eſt ſicut doctor cecus ī via. Vnde
dicitur mathei decimoquinto. Si
cecus ceco ducatum preſtet ambo ī
foueam cadunt. ſcilicet ſi ſacerdos
ignarus confitentem ignarū audi-
at ambo in īfernum vadunt. vn-
de paralipomenon. xix. precipiens
ioſaphat iudicibus ait Videte quid
faciatis nō eſt hominis exercetis iu-
diciū ſed dei. qꝛ quidqd iudicaueri-
tis ī vos redūdabit. ſit tīor dei vo-
biſcū Nō ē ars maioris ꝑiculi ad
docēdū ſicut ē ars cōfitēdi. vn̄ gregꝰ
Quis enim cogitationum vulnera
acutiora eſſe neſciat vulneribꝰ viſ
cerum et tamen ſepe qui precepta

ſpiritualia non nouerunt cordis ſe
medicos profiteri nō metuunt. dū
qz vim pigmentorum ſed confecti-
onum vices neſciunt. videri medi
dici cordis non erubeſcunt. hec ille
Confeſſor enim quociens ſe ad au-
diendas confeſſiones ponit totiēs
ſe offert ad reſpondendum de quo-
libet et interdum de caſibus inopi-
natis ⁊ alias non auditis. qui ta-
men ſi foret in locis publicis non
auderet reſpondere. ⁊ ſic non recte
conſulendo cadit in foueaʒ cum cō-
fitente. vnde confeſſor debet habere
competentem ſcientiam. vt ponit
magiſter in quarto. di. xv. vbi dicit
Sed curetis quiſque ſacerdotem q̄
rere qui ſciat ligare ⁊ ſoluere. taleʒ
enim eſſe oportet qui aliorum cri-
mina iudicat. Nam ſecundum doc
tores omnes. Scire ſoluere ⁊ liga-
re eſt penitenti oſtendere que requi-
runtur ad abſolutionem a peccato
⁊ ligare cum penitentia competen-
ti. vnde confeſſor debet habere talē
ſcientiam vt ſciat que ꝑtinent ad
diſpenſationes abſolutiones ⁊ reſ-
titutiones rei illicite acquiſite ad
bella principum ad gabellas. ad ea
rum exactiones. ⁊ intelligat cōtrac
tus mercatorum vtrum ſint liciti
vel illiciti Et per hoc ſciat vtrum
prohibere debeat confitentem a cō
munione. vel ſuſpendere. Et ſi te-
netur ad reſtitutionem ⁊ cui ⁊ quo
modo contra quoſdam qui querūt
confeſſores ignaros vt de eterna
dampnatione optineant forum me

lius. Contrà quos dicit auguſtinꝰ
⁊ allegatur a magiſtro ſententiarū
libro quarta di. xv. Et ponitur de
penitentia di. vi. ca. Quam penitet
vbi dicitur. qui vult confiteri pec-
cata vt inueniat gratiam querat ſa
cerdotem qui ſciat ligare ⁊ ſoluere
ne ſi cum negligens circa ſe extite-
rit negligatur ab illo qui eum miſe
ricorditer monet ⁊ petit ne ambo ī
foueā cadant. hec ille ¶ Scdo ſacer-
dos debet habere conſcientiam id ē
vitam bonam. vnde beatus ber-
nardus ſic loquitur. Tu frater cui
nondū firma eſt caritas. ſed ad eo
tenera ⁊ harundinea vt omni flatu
cedat. qua fronte aliena vulnera
curate aut ambis. aut acquieſcis.
Noli eſſe nimis iuſtus ſufficit tibi
diligere proximum tuuʒ ſicut te ip
ſum. hec ille. Hijs verbis apparet
qꝛ ſacerdos debet eē talis vt ab ali-
is reꝑhendi non poſſit. ¶ Sed ali-
quis diceret. ſi non ſunt cōfeſſores
iuſti cui ergo cōfitebor? Ad hoc reſ-
pondet augꝰ. de pe. di. ſexta. qui
ergo omnino confitetur meliori q̄z
poteſt confiteatur ¶ Tercio ſacer-
dos debet habere auctoritatem qua
poſſit penitētes abſoluere. que auc
toritas habetur a ꝓprio ſacerdote.
vt habetur de penitentia di. ſexta
capitulo placuit. Proprius autē ſa
cerdos eſt papa ⁊ legatus a latere.
epiſcopus dioceſanus. ſacerdos ꝑ-
rochialis. fratres p̄dicatores. ⁊ fra
tres minores. qui libere audire poſ
ſunt confeſſiones ex priuilegio be-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

nedicti undecimi· Et confirmat io-
hannes andree· libro ſexto ca· Si e-
piſcopus · Et ſua extra uagante q·
xxij · Que incipit Vas electionis ·
Puto etiam ꝙ alij mendicātes ha-
beant ꝑuilegia michi ignota q̄ hic
non adduco Nota tamen ꝙ ſunt
plures caſus in quibus ꝓprius ſa
cerdos auctoritate caēt ſcꝫ excom-
municatio· ſuſpenſio· hereſis. dāp
natio ⁊ ſimilia Scđa deſcretio quā
homo debet habere ē ſollicitudo ſcꝫ
preuentio temporis ante quadrage
ſimam vel in principio· quoniam
ſcribitur puer· viij· Juſtus in prin
cipio accuſator eſt ſui Et p̄s Preoc
cupemus faciem eius in confeſſio-
ne · Stulti namqꝫ laborem totius
quadrageſime ꝑdunt ꝓpter negli-
gentiam vnius hore in qua poſſēt
confiteri· plus enim valet vnum ie
iunium in grā q̄ꝫ mille in culpa ·
ſi āt ſcđm quoſdā hoc poſſet fieri
ꝑ contritionem· dico ꝙ ſecurius fit
ꝑ confeſſionem · qui āt ꝓlongant
vſqꝫ ad finem q̄drageſime ſunt q̄i
hij qui lauant manus non in ꝑnci
pio ſed in fine menſe Tercia ē diſ
cretio modificationis· hꝰ ē hēre mođ
diſcretum dicendi pccā ſua· Sunt e
nim quedā peccata grauia quedaꝫ
grauiſſima . quedam leuia . ⁊ iſta
peccata pronuncianda ſunt ordine
quodam· vt leuia leuiter proferan-
tur. ⁊ grauia cum dolore dicantur·
contra illos qui fabuloſam faciūt
confeſſionem et quando maximuꝫ
ſcelus commiſerunt ſubrident cuꝫ

ꝓferunt · D

Circa tercium principale ſcilicꝫ
circa integritatem confeſſionis di-
cit pſalmiſta Confitebor tibi Nam
confiteri eſt ſimul omnia fateri Tri
plex namqꝫ defectus committitur
in confeſſione ex quibus confeſſio
non eſt integra . ¶ Primus eſt ma
licie· ¶ Secundus circumſtantie·
Tercius negligentie · ¶ Primus
quidem defectus eſt malitie · cum
ſcilicet homo malicioſe aut ex vere
cundia aliquod peccatum mortale
ſcienter celat · contra quos dicitur
ozee decimotercio . Abſconditum ē
peccatum eius . dolores peccarien-
tis venient ei . ipſum retorquente
conſcientia ſua · Et ſicut beda teſ-
tatur · quid prodeſt ſi tota ciuitas
cuſtodiatur et vnum foramen per
quod hoſtes nitrent relinquatur ?
Ferrum quidem q̄ꝫ diu in vulnere
eſt non proſunt vngenta ? quid e-
nim eſt peccatum celare niſi ignem
in ſinu portare ? hec ille Sed ſicut
in prouerbijs ſcriptum eſt . qui
abſcondit ſcelera ſua non dirige-
tur . qui autem confeſſus fuerit et
reliqūerit ea miſericordiam conſe-
quetur . Et auguſtinus· Mira dei
bonitas veniam non dimidiat· nā
aut totum aut nichil ꝓpiciando do
nat · Equidē ſumma iniquitas ē
de eo q̄ ē bonus dimidiam ſperare
veniam . ¶ Hic cadit exemplum
de moniali illa q̄ voluit videre fra-
trē ſuū q̄m erat dāpnatus propter
taciturnitatē vniꝰ minimi peccati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

¶ Secundus defectus eſt circumſtan
tie quando ſcʒ aliqua grauis circū
ſtantia peccati non dicitur confeſſo
ri. Nam ſicut ſolet fieri ignis non
ſolum ex truncis arborum ſed etiā
ex ramis. ſic gehennali igne crema
ri poteſt anima non ſolum ex prin
cipalioribꝰ culpis. ſed etiaʒ ex circū
ſtantijs. Non enim ſufficit ei qui
mille marcas rapuit dicere Ego fu
ratus ſum. quia hoc verificari poſ
ſet ſi duos tm̄ ſolidos quis rapuiſ
ſet ſed oporteret dicere rapui mille
marcas. Multas namqʒ circum-
ſtantias tangit augꝰ. de penitentia
diſtinctione. v. ca. p̄mo. Que conti-
nentur in hĳs verſibus Aggrauat
ordo. locus. perſona. ſcientia tem-
pus. Etas. conditio. numerus. mo
ra. copia cauſa. Et modus in cul-
pa ſtatus altus. lucta puſilla. que
oīa ſic intelligi poſſunt. Ergo hoc
eſt clericus continens vel monial'
Locus hoc ē ſi ē ſacer. ſi ē cōmunis
ſicut platea Perſona hoc eſt cuius
gradus cuius conditionis exiſtat.
Scientia hoc eſt ſi ignoranter vel
ſcienter fecit. Tempus. hoc eſt ſi ī
quadrageſima. ſi in ſolempnitate.
ſi tempore interdicti Etas. hoc ē ſi
puer. iuuenis. vel antiquus. Con-
ditio. hoc eſt ſi nobilis. ſi pauper.
Numerus. hoc eſt quotiens pecca-
uerit Mora hoc eſt ſi magno tēpo-
re fuit in peccato Copia. hoc ē quā
tum acceperit multum vel paucuʒ
⁊ ſic de ſingul'. Unde in confeſſio-
ne oportet omnia iſta confiteri vt
dixi ¶ Tercius defectus eſt negligē-
tie Ad cuius intelligentiam q̄ri ſolʒ
Utrū qui in confeſſione obliuiſcit̄
alicuius peccati ⁊ ad tempꝰ recolit
teneatur de neceſſitate illud confite
ri. Dico ad hoc ꝙ talis obliuio aut
fuit ex in ſufficientia. aut ex negli-
gētia ſi p̄o modo tunc dico ꝙ ob
ligatur confiteri. ſed non priori ſa-
cerdoti ſed ipſi vel alteri. ſi autem
ex ignorantia que non poteſt ēē ni-
ſi ignorantia affectata vel craſſa.
Dico ꝙ obligatur p̄ori ſacerdoti. ⁊
ſi alteri oportet non ſoluʒ illa pec-
cata confiteri. ſed etiam omnia ali
a peccata que priori ſacerdoti con-
feſſus fuerat Et hoc ſatis de tercio
principali. Confiteamini ergo vt
oīs immunditia non nominetur ī
vobis vt dcm̄ ē in principio Amē.

Feria ſecunda tercie de confeſ-
ſione ⁊ fructibus eius.

Vade ⁊ lauare ſepties in
iordane. iiij. regū. v. He-
ri declaraui ꝙ vltra con-
tritionem neceſſaria erat confeſſio
ſacerdoti fienda ⁊ per quem modū
fieri habeat Nūc hodie videbimus
ad quid valeat auctoritas ſacerdo-
tis in confeſſione. Utrū ſcʒ dimit-
tat peccata. an penam eternam ad
quam peccatores obligantur ꝑpt̄
ipſoꝝ pccā Nam vt ponit mgr̄ ſē.
iij. iiij. di. xviij. quidā ima- ¶ A
ginati ſunt ꝙ ſacerdos ſua aucto-
ritate dimittat non quidem culpaʒ
cū ipſa remittatur per ipſum deuʒ
vt dcm̄ ē ꝑ contritionem. ſed ſoluʒ

dimittit penam mutando penam
eternalem in penam tpalem Qđ ꝑ
bantes dant ſignum de reſurrectio
ne lazari quē xp̄s ꝑ ſe interitus vi-
uificauit. deīn foras exire iuſſit. e-
umqꝫ adhuc ligatuꝫ ſoluere apl'is
p̄cepit. ꝑ quā ſolutionem datur in
telligi ꝙ ſacerdotes aliquid ſolue-
re habeant. non culpam ergo penā
Deinde arguunt ſic. Petro ⁊ ſuc-
ceſſoribꝰ ſuis date ſunt claues reg
ni celoꝝ. quecunqꝫ ligaueritis ſu-
ꝑ terrā erunt ligata ⁊ in celo. ⁊ que
cūqꝫ ſolueritis ſuꝑ terraꝫ erunt ſo
luta in celo. ſed iſta auctoritas non
extenditur ad remiſſionem culpe.
ergo extendi debet ad dimiſſionem
pene. aliter iſta auctoritas fruſtra
data fuiſſet ſacerdotibus Et in hoc
opinione puto eē oēs ydiotas ⁊ fal
ſe. Nam vt ponit mgr̄ in. iiij. di.
xviij. Solus deus ē ille q̇ remittit
culpā ⁊ penam. cuius ratio ē talis
Nam idem ē iudicium de vno ſa-
cramento qđ de alio circa eandem
rem. ſed ꝑ baptiſmum deus illumi
nat aīam ſua gratia. ⁊ ſimul ⁊ ſel'
liberat eā a pena eterna. ergo ⁊ ī ſa
cramento penitentie non ſolū deꝰ
culpā remittit. ſꝫ etiā penā eterna-
lem Item q̇cūqꝫ ē in gratia debet
carere pena eterna ſꝫ deꝰ dimittēs
pcc̄ā ꝑ contritionem verā ponit ho
minē in gratia. ergo liberat ipſum
a morte eterna. hec ille. Hinc ſunt
auctoritates ſcōꝝ. Nā beatꝰ augꝰ.
exponens illud pſalmi. quoꝝ tec-
ta ſunt pcc̄ā dicit Si enim exit deꝰ

peccata noluit aduertere. Et ſi nō-
luit aduertere noluit anima aduer
tere id eſt punire. ſed ignoſcere Ita
ergo a deo tecta ſunt. vt non vide-
at id eſt eternaliter puniat. Videre
enim deum peccata. eſt ad penam
imputare. auertere autem faciem a
peccatis hoc eſt ea ad penam nō ſer
uare. hec ille Et beatus ieronimus
quibus deus dimittit peccata. tegit
ne in iuditio reuelentur. Et caſſio-
dorus. qui grauia habent aliis ꝑ
iuſtitiam deus imputat. aliis per
miſericordiam non imputat. Ex
hiis manifeſte apparet ꝙ ſolus de
us eſt ille qui peccata dimittit. ⁊ a
morte eterna liberat. vnde ſcđm
magiſtrum ſententiaꝝ in q̇rto vbi
ſupra Non antam hoc ſacerdotibꝰ
conceſſit quibus contribuit poteſta
tem ligandi et ſoluendi id eſt oſten
dendi homines ligatos vel ſolutos
Vn̄ et dominus leproſum prius ſa
nitati per ſe reſtituit. deinde ad ſa-
cardteos miſit quorū iudicio oſten
deretur mundatus. Ita etiam laza
rum iam viuificatum obtulit diſci
pulis ſoluendum. qꝛ ſi aliquis a-
pud deum ſit ſolutus non tamen ī
facie eccleſie ſolutus habetur niſi ꝑ
iudicium ſacerdotis Nec tm̄ illa auc
toritas eſt fruſtra quia ſecundum
magiſtrum vbi ſupra. nigant quo-
qꝫ ſacerdotes dum ſatiſfactionem
penitentie confitentibus imponūt
ſoluūt cum de ea aliquid dimittūt
vel ꝑ eā purgatos ad ſacramento-
rum admittūt cōmunionē. hec ille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Omnia autem que dicta ſunt figu
raliter habentur in epiſtola in qua
heliſeus noluit īponere manum ſu
am ſuper Naaman leproſuꝫ ad cu-
randum ipſum quaſi ex ſe non ha-
bens auctoritatem mundādi leprā
cum ſoli deo hoc ipſum conueniat
ſed ordinauit vt lauaretur in iorda
ne· per quam lotionem dabat intel
ligere ꝙ ſacerdos oſtēderet tm̄ pec-
catorem abſolutum eſſe in conſpec
tu eccleſie. De eadem fit mentio in
euangelio. Dic hiſtorias ſi placet.
Ideo ſacerdotibus confitendum eſt
Non quia pccā aut mortem eterna
lem capiant a peccatore· ſed quia
ipſi de pena aliquid dimittunt.

Circa iſtam confeſſionē adhuc tria
notabimus ·:·

¶ Primo confeſſionis fructificati
onem.

¶ Scdo cōfeſſionis modificationē.

¶ Tercia confeſſionis reiteracionē

B Circa primum pn
cipale diligenter notaui ī pleriſqꝫ
libris ⁊ maxime in decretis de pe-
nitentia di· iij. Et inueni ꝙ ſancta
confeſſio· xv· fructus ſuauiſſimos
penitentibus tribuit. ¶ Nam pmo
a morte liberat· ⁊ in hoc valde dif-
fert a confeſſione fori contentioſi
Nā in confeſſione fori contentioſi
confitens pccm̄ ſuum occiditur. ſꝫ
in confeſſione fori ſpiritualis cōfi-
tens liberatur a morte. vn̄ aug⁹ ſu
per ps. lxij. Et ponitur de penitten-
tia. di· iij· dicit. Et ſicut corpus vi-
uere non poteſt aīa abſente ita ni-
ſi deo preſēte anima viuere nō va-
let. habet itaqꝫ anima ſibi deum p
ſentem p gratiam que viuens pec-
catum ſuum cōfitetur. eam qꝫ vitā
que deus ē inhabitat. hec ille ¶ Se-
cundo deum hoī manifeſtat. Nam
longe a peccatoribus ſalus vt dicit
pphete in pſalmo. ergo prope ē ſa-
lus confitentibus quia ſine pecca-
tis ſunt per confeſſionem· ſed illud
quod ē ppe manifeſtatur. ergo per
confeſſionem deus manifeſtatur.
Vnde aug⁹ Si nollem confiteri nō
abſconderem me tibi· ſed te michi·

¶ Tercio vulnera mētis ſanat· vn̄
gre. ī paſtorali Vulnera clauſa pl⁹
cruciant· Cum putredo que interi⁹
feruet eicitur. ad ſalutem dolor ape
ritur. ¶ Quarto paradiſum apit. vn̄
aug⁹· ⁊ ponitur de pe. di. iij. O bre
ue verbum peccaui qđ portas apit
padiſi. Exemplū de latrone ī cruce
¶ quinto pccm̄ tegit· vn̄ aug⁹ ſup
iohannem Seruus peccati quo fu-
git ſecum ſe trahit· quocunqꝫ fuge
rit ſe ipſum mala cōſciencia neſcit
non eſt quo eat. ſequitur immo ve
ro recedit a ſe. peccatum enim qđ
fecit intus eſt Vis ergo audire con-
ſilium? Si vis a deo fugere fuge cō
fitendo non ab ipſo latendo. confi-
teri enim potes· latere non potes.
hec ille ¶ Sexto miſericordiam diui
nam emollit. vnde gloſa ſuper ver
ſum illū Delictum meum cognitū
tibi feci. dicit Si hō agnoſcit deus
ignoſcit Et ambro· ſup Bti īma-
culati dicit· Ceſſat diuina vindicta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ſi precurrat confeſſio humana.
Septio animū iocundat. vñ p̄s In
voce exultationis ⁊ confeſſionis
ſonus epulantis .Et ſeneca ep̄la
liiij·dicit·Oīa vicia in aperto leui-
ora ſunt. Morbi quoqꝫ ad ſanitatē
tunc inclinant cum ex abdito erum
punt Octauo interceſſores multi
plicat· vñ cōfeſſores orāt p̄ ſibi cō
feſſis Vnde iohelis ſcdo Inter veſ
tibulum ⁊ altare plorabant ſacer-
dotes Parce dnē parce populo tuo
¶ Nono conſcientiam mundat· vñ
aug⁹·Cōfitendo fit hō de fedo pul
cher. Decimo confeſſio fedus dia
boli rumpit · vnde aug⁹ · in libro
de penitentia·dicit Confeſſio eſt ſa
l⁹ aīaꝫ diſſipatrix viciorū reſtaurā
trix v̄tutum ·oppugnatrix demo-
num·Quid plura? Obſtruit os in
ferni. portas aperit paradiſi Vn-
decima aīaꝫ deo coniungit. vñ caſ-
ſiodorus ſup illum verſum Con-
fiteantur tibi populi deus dicit. Il
lis non iudex ſed aduocat⁹ eſt xp̄s
qui ſe ꝓpria confeſſione dāpnarīt
Duodecimo in viam ſalutis diri
git. Vnde ſalamon . qui abſcondit
ſcelera ſua non dirigetur ab eo. er
go qui manifeſtat dirigetur ab ip̄o
Decimo tertio peccatum delz·p̄s.
Dixi confitebor aduerſuz me iniuſ
ticiam meam dño ⁊ tu remiſiſti ī-
pietatē peccati mei Decimo quar
to ſatiſfactionem ſupplet . Vñ cri-
ſoſtomus ſup matheum Iubemur
confiteri pccā vt erubeſcentiam ha
beamus pro pena Decimoquin-
to malum precauet Sicut enim dēs
putridus alios maculat. ſic mens
peccatis putrida de die ī diem ma-
gis maculatur·ſed ſi deus extrahi
tur alij cuſtodiuntur . ſic ſi anima
a peccatis per confeſſionem pur-
gatur ab alijs precauet · vnde am-
broſius ſuper Beati immacula-
ti· q̄ ſe accuſat ⁊ ſi peccator ſit iuſ-
tus eſſe īcipit· quia nec ſibi parcit
⁊ dei iuſticias confitetur Hij enim
ſunt fructus quos ex cōfeſſione ha
bemus . Et hoc ſatis eſt de primo
principali. C
C Circa ſecundum principale ſcꝫ
confeſſionis modificationem ponit
ſanctus thomas q̄rto ſe· di. xvi· ꝙ
confeſſio habere debet. xvi. conditiō
nes q̄ continentur ī verſibus iſtis
Sit ſimplex. humilis confeſſio pu
ra fidelis· Atqꝫ frequens nuda diſ
creta libens verecunda · Integ̃. ſe-
creta. lacrimabiſ· accelerata For-
tis. accuſans ſic ⁊ parere parata.
Nā p̄mo debet eē ſiplex. hoc ē ꝓp̄a
⁊ non communis . quia pccā ſua
quis confiteri hz. ⁊ non aliena. vñ
p̄s Deus vitā meā annunciaui ti-
bi poſuiſti lacrimas meas in con-
ſpectu tuo . Sed diceres nunquid
quis poteſt confiteri alterius pccā
Dicitur ꝙ ſic in caſu in quo ꝓpria
peccata vel eorum grauitatem con-
fiteri n̄ poſſet niſi alterius pccā ex
primendo· verbi gracia Cum quis
cognouerit ſororem ſuam ipſa vo-
lente·certum eſt ꝙ non poteſt dice-
re grauitatem peccati ſui niſi etiaꝫ

dicat peccatū ſororis · Non qui-
dē ad excuſationem peccati ſui. ſed
ipſius grauitatem declarandam ·
Et yſaias · dic tu prior iniquitates
tuas ut iuſtificeris · gloſa ⁊ non ali
oꝛuꝫ demptis caſibus neceſſitatis
¶ Secūda debet eſſe humilis. ita ꝙ ō-
ni careat ſuperbia · in verborum ꝓ
latione ne diſputare velit cum ip-
ſo ſacerdote. ⁊ in habitus de porta
tione. vt ibi nulla ſit pompa vbi e-
xigitur omnis culpa · ſed ſe miſerum
peccatorem dicat cum p̄s. Quoniā
iniquitatem meam ego cognoſco ⁊
peccatum meum contra me eſt ſem
per. ¶ Tercio debet eſſe pura · id eſt
abſqꝫ aliqua malicia ſed ſit contri
tione plena. Nam ſcd̄m prophetaꝫ
in pſalmo · Contricio ⁊ infelicitas
in vijs eorum qui viam pacis nō
cognouerunt · id eſt qui puram pe-
nitentiam non egerunt · quia non ē
timor dei ante oculos eorum. ¶ Quar
to debet eſſe fidelis · vt ſcꝫ ſpem ha
beas miſericordiam optinendi. Nā
dicit beatus ieronimus. ꝙ pl⁹ pec
cauit iudas deſperando q̄ꝫ fecerit
xp̄m tradendo. ¶ quinto debet eſſe
frequens. hoc eſt ꝙ ſepe cōfitearis
quia omnis procraſtinatio eſt inu-
tilis · vnde prouerbiorum . Ne tar-
des conuerti ad deum. nec differas
de die in diem. ne ſubito preoccupa
tus morte non inuenias locum pe-
nitentie. ¶ Sexto debet eē nuda · nō
verbis palliata nec abſconſa · quia
vt ait ſalomon | Omnia videt ocu-
lus eius · Et pſalmiſta · quo ibo a
ſpiritu tuo. ⁊ quo a facie tua fugiā
quaſi dicat non poſſum verbis
me abſcondere . quia ſi aſcendero ī
celum tu illic es ſi deſcendero ad in
fernum ades · Si ſumpſero pēnas
meas diluculo ⁊ habitauero inex-
tremis maris Et enim illuc man⁹
tua deducet me ⁊ tenebit me dexte-
ra tua · ¶ Septimo debet eſſe diſcre
ta eo modo quo dictum eſt. ¶ Octa
uo debet eſſe libens. hoc ē volunta
ria ſciꝫ vt non fiat ratione timoris
gehenne. vn̄ p̄s . Timor ⁊ tremor
venerunt ſup̱ me ⁊ contexerunt me
tenebre. ¶ Nona debet eē verecun-
da quia vt aug⁹. dicit ⁊ ponitur de
penitentia di. ij Verecundia ē max
ima pars penitentie. ¶ Decimo de
bet eſſe integra vt nullum peccatū
ſiue circumſtantiam dimittas. qui
a ſecundum auguſtinuꝫ diuina mi
ſericordia aut omnia aut nichil do-
nat. ¶ Vndecimo debet eſſe ſecreta
quantum ad confeſſorem ⁊ quan-
tum ad confitentem · Licet tamen a
liquando reuelare peccatum nō ta
men ipſum peccatoreꝫ in caſu qua
ex tali peccato ſequeret̄ contra bo-
num ciuitatis. aut cōtra bonū par
ticulare · ſcꝫ qn̄ immineret periculū
homicidij ¶ Duodecimo debet eſſe
lacrimabilis · non quidem ſenſuali
ter quia ſecundum ꝙ dictum ē hoc
non eſt de neceſſitate · ſed de perfec-
tione ſed ſpiritualiter · vnde p̄s La-
boraui in gemitu meo lauauabo ꝑ
ſingulas noctes lectum meum in
ē conſcientiam meam . ⁊ lacrimis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

meis ſtratum meum rigabo id ē lō
ganimitatem peccatorum ī quibꝰ
quieui rigabo. Tredecimo debet
eē accelerata. hoc ē ꝙ ſubito qū es ī
peccato mortali confitearis quia ſe
cundum apoſtolum Stipendia pec
cati mors eſt Et mat. Eſtote parati
quia neſcitis qua hora dominus
veniet. Decimo quarto debet eſſe
fortis accuſans. hoc eſt ꝙ nullomo
do te excuſes ſub nomine alterius
Hoc fecit adā dū corriperetur a dō
Socia quam dediſti michi ſeduxit
me. ita mulieres faciunt. dicendo
fuit vir meus qui ſic voluit. ego n̄
poſſum contra ipſum ⁊ econuerſo
Decimo quinto debet parere pa-
rata eſſe hoc eſt obediere ſacerdoti ī
ſatiſfactione pn̄e. quia ſine ſatiſfac
tione nichil valet penitentia Unde
iohannes os aureum ⁊ allegatur a
magiſtro in quarto diſtinctione de
cimaſexta dicit. Perfecta peniten-
tia cogit peccatum omnia libenter
ferre In corde eius contritio in ore
confeſſio. in opere humilitas tota.
Hec eſt fructifera penitentia vt ſic
deum tribus modis offendimus.
tribus modis ſatiſfaciamꝰ. hec ille
Et in hijs apparet modificatio cō-
feſſiones Et ſic patet ſecundū prin
cipale. D
Circa tercium principale poīt
magiſter ſententiarum in. iiij. di.
xv. ꝙ quanto quis pluribus confi
tetur ī ſpe venie turpitudinem cri
minis tanto facilius conſequitur
remiſſionis. Ipſi enim ſacerdotes
plus iam poſſunt proficere. plus
confitentibus parcere. hec ille Ubi
nota ꝙ magiſter ex hijs verbis nul
lam ponit obligationem ad reiterā
dum confeſſeonem debite factam.
tamen conſulit. quia quanto ī hac
vita maiora pondera a ſacdotibus
tanto minora tormenta a demoni-
bus ſuſtinebis. Sunt tamen ali-
qui caſus quibus neceſſarium eſt
omnino confeſſionen reiterare.
Nam duo ſunt ex parte confeſſoris
Et duo ex parte confitentis. Pri
mus eſt ex parte confeſſoris ſi con-
feſſori deficit clauis potentie eo qꝫ
non habet auctoritatem peccatoreꝫ
ab illo peccato abſoluere. te enim
hac ſciente debes confeſſionem ite-
rare. Secundo ſi confeſſori defi-
cit clauis ſcientie quia neſcit diſcer
nere inter lepram ⁊ lepram. te enī
hoc ſciente debes confeſſionem ite-
rare. Primum autem ex parte
confitentis eſt ſi confitens dimidi-
auerit confeſſionem vel ſubticue-
rit aliquod peccatum ſcienter vel
negligenter. Secundum ſi con-
tempſit vel neglexit ſatiſfactiōem
Iſtis duobus ſtantibus de neceſſi-
tate oportet confeſſionem iterare.
Sed ē dubiū cū quo ſacerdote habe
at iterare confeſſionē Dico qꝫ cuili
bet ſacerdoti pōt iterare cōfeſſioneꝫ
ſed differenter. Nam illi priori ſa-
cerdoti ſufficit dicē pccā ī genere ⁊
ī ſpē. ⁊ ſolū pccā neglecta pticula-
rizare. intellige qū hꝫ claues ſciē ⁊
potētie. qꝛ ſi n̄ hꝫ vana eēt ꝯfeſſio

Si autem ſit iteratio alteri ſacerdo
ti· tunc dico ꝙ obligaris non ī ge-
nere aut ī ſpecie confiteri iterū pec-
cata tua· ſed omnia in particulari.
Et hoc ſatis eſt de tercio principali
Vade ergo ⁊ lauare ſepcies in ior-
dane id eſt reitera confeſſionem ſep
cies ſi neceſſarium fuerit Rogem⁹
ergo deum et cetera . ¶ Feria ter
cia ꝑ̄cie ſermo de fratna correctiōe
REdde creditori tuo q̄rta ·
reguȝ ·iiij· Heri et nudiꝰ
tercius locuti ſumus de
ſacramento confeſſionis. q̄ mediā
te peccata relaxantur ⁊ pena dimit
titur. Hodie conſiderans ꝙ non ſo
lum ꝑ confeſſores peccā redarguūē
ſed etiam ꝑ quemlibet ꝓximuȝ noſ
trum Determinaui loqui de correc
tione fraterna. ad quaȝ quilibȝ ob-
ligatur . vt ꝓbat ſanctus thomas
ſecunda ſecunde q. xxxiij· ar. tercio
in reſponſione talem aſſignans ra
tionem. Quilibet obligatur ad ha-
bendum caritatem vt patet ꝑ pau-
lum apoſtolum ad corinthios· xij ·
Caritatem autem non habeā nihil
michi prodeſt. Sed correctio ꝓximi
pertinet ad caritatem qui elemoſi-
na quedam ſpiritualis eſt vt eadeȝ
queſtione articulo ꝑ̄mo dicit. ergo
correctio fraterna pertinet ad om-
nes. ¶ Et hoc confirmatur ·xxiiij.
q. tercia vbi dicitur Tam ſacerdo-
tes q̄ȝ reliqui fideles omnes ſum-
mam debent habere curam de hijs
qui pereunt quatenꝰ eorum redar-
gutione, aut corrigantur a peccatis

aut ſi in corrigibiles apparent ab
eccleſia ſepentur. hec ibi Poteſt ta-
men aliquando pretermitti frater-
na correctio meritorie ⁊ ſine peccō .
vt ponit ſanctus thomas vbi ſup̄
articulo ſecundo in reſpōſione ad
tercium argumentū· Et hoc ē quā-
do ex caritate aliquis correctionem
obmittit vt dicit auguſtinus libro
primo de ciuitate dei Si ꝓpterea q̄ſ
q̄ȝ obiurgandis ⁊ corripiendis ma
le agentibus ꝑcit. quia oportunius
tempus inquiritur. vel eiſdem ip-
ſis metuit ne deteriores ex hoc effi
ciantur· vel ad bonam vitam ⁊ pi
am erudiēdos impediant aliquos
infirmos ⁊ ꝑ̄mant atq; auertant a
fide nō videtur eſſe cupiditatis oc
caſio ſed conſilium caritatis· hec il-
le Et ad hoc ꝓpoſitum loquitur be
atus auguſtinus ꝑ̄mo libro de ciui
tate dei dum dicit. ꝙ non ſolum in
feriores verum etiam hij qui ī ſupe-
riorem vite gradum tenent ab alio
rum reprehenſione ſe abſtinent· Sȝ
iſtis cauſis excluſis. quilibet proxi
mum non corripiens peccat ā mor
taliter. aut venialiter. vt vbi ſupra
poīt ſanctus doctor Moraliter q̄n
ſcȝ formidatur vt dicit auguſtinus
vbi ſupra iudicium vulgi ⁊ carnis
cruciatio vel peremtio · dum tamē
hec ita dominentur ī animo ꝙ fra-
terne caritati preponantur. Et hoc
videtur contingere quando aliq̄s
preſumit de aliquo delinquente ꝓ-
babiliter ꝙ poſſȝ eum a peccato re
trahere et tamen propter timorē k

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

cupiditatem pretermittit. Venialiter autē peccatur quando timor ⁊ cupiditas tardiorem faciunt ipſū hominem ad corrigendum delictū fratris. Non tamen ita ꝙ ſi conſtaret ꝙ fratrem poſſet a peccato retrāhere propter timorem vel cupiditatem hoc non dimitteret quibus in animo ſuo preponit caritatem fraternam Et ideo iſta mane heliſeus in epiſtola dicit cuilibet noſtrum ī particulari Recede creditori tuo id eſt ſicut obligaris reſtituere pecunias creditori tuo quando mutuo accepiſti· ita obligaris ex caritate recedere proximo tuo debitum caritatis. que oſtenditur in fr̄na correctione de qua fit mentio in euangelio Dic hoſtorias epiſtole ⁊ euangelij ſi placet.

Circa fraternam correctionē tria notabimus.

¶ Primo correctionis obligationē.

¶ Secundo correctionis perfectionem.

¶ Tercia correctionis ordinem.

Circa primum principale ponunt ſancti doctores correctionem fraternam ita obligare hominem ꝙ eā ponunt cadere ſub precepto Vnde beatus auguſtinus in libro de verbis domini· dicit· Si neglexeris corripe peior eo factus es qui peccauit. ſed hoc non eſſet niſi aliquis per eius negligentiam aliquō preceptum frangeret. ergo cadit ſub precepto. Et ſanctus thomas ſecunda ſecunde queſtione triceſimatercia. articulo ſecundo in reſponſione principali dicit. ꝙ differentia eſt inter precepta negatiua ⁊ affirmatiua. quoniam precepta negatiua obligant ad ſemper et pro ſemper. quia omni tempore et omni hora quis tenetur non occidere. non odire proximum. non furari. non deſiderare rem proximi. non mechari. non concupiſcere vxorem proximi. Mandata vero affirmatiua obligant non ad ſemper. et pro ſemper. ſed pro loco et tempore. quia non ſemper quis obligatur adorare deum. honorare patrem ſuum. ſed quando tempus et hora requirunt. ſed de dilectione proximi eſt mandatum ſecundum ꝙ exponunt ſancti doctores. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. et illud bonum velle proximo quod quis vult ſibi ſiue ſit bonum ſpirituale aut temporale. Et ꝙ vellet etiam a proximo remoueri quod vellet remoueri a ſe ipſo. ſiue ſit ſpirituale vt peccatum. ſiue temporale. vt aduſitates. et infirmitates corporis. Et ſic obligatur quilibet xpriſtianus ad correctionem proximi inquantum illa correctio habet remouere malum et peccatum proximi. Sed quia eſt affirmatiuum preceptum obligat pro loco et tempore. Quia incorrectione fraterna ſecundum beatum auguſtinū

tria debent attendi· ſcꝫ tempꝰ mo-
dus et ꝑſona· B·

Nam primo debet attendi tēpꝰ· ſcꝫ
qn̄ ꝑſona eſt corrigibilis· et quādo
non cum vna ꝑſona meliꝰ corriga-
tur vno tpe q̄ȝ alio· Nam perſone
extra iram melius corripiuntur q̄ȝ
in ira poſiti: qꝛ ſcd̄m cathonē· Ira
impedit animū ne poſſit cernē ve-
rum Et ſcd̄m ariſto· Ira eſt acceſio
ſanguinis circa cor· Secundo debꝫ
attēdi modꝰ. vt ſcꝫ dulciter et ami-
cabiliter corrigat᷑· nō v̄bis aſperis
aut contumelioſis Nā ſcd̄m poetā
Verba ligant hoīes taurorꝝ cornua
funes Et apoſtolꝰ paulus Si p̄oc-
cupatus fuerit hō in aliquo delicto
vos qui ſpirituales eſtis inſtruite
huiuſmodi ī ſpū leuitatis· et maxi-
me fieri debet amicis qui ſcd̄m tul-
lium in libro de amicitia reprehen-
dendi ſunt et etiā obiurgādi· Ita tū̄
q̄ȝ reprehenſio contumelia careat·
Et ſeneca ad lucillū epiſtola· xxvi·
dicit De coī tecum malo colloquor
et remedia communico. Sic itaqꝫ
me audi tanq̄ȝ mecū loq̄r· ī ſecretū
meū te admitto· et te adhibeto me-
cum· Exigo clamo michi ipſe· nu-
mera annos tuos· et pudebit eadē
velle· que volueras puer eadē para-
re· Hoc deniqꝫ tibi an̄ diem mortis
preſta· moriant᷑ an̄ te vicia· dimitte
iſtas voluptates turpidas magno
laudandas· non venture tm̄: ſꝫ p̄te-
rite nocent Hec ille· Tercio debet
attendi ꝑſona: qꝛ non quelibet ꝑſo-
na eſt reprehendenda· ſed tm̄ quam

eſtimas corrigibilem· Ideo dicit ci-
prianus Melius exiſtimo errantiū
imperitiā ſilentio ſpernere· quā lo-
quēdo mentis īſaniā ꝓuocare Vn̄
ſicut moralis ſeneca cognoſcēs lu-
cillum diſcipulum ſuū corrigibilē
ꝓhebat de ipſo epiſtola triceſima·
Agnoſco lucillū meum· īcipit que
promiſerat exhibere· ſeq̄re illū īpe-
tum animi quo ad optima q̄qꝫ bo-
nis calcatis popularibꝰ ibas· ī̄ de-
ſidero maiorē melioremqꝫ te fieri q̄ȝ
moliēbaris· fundamēta tua multū
loci occupauer̄t· tm̄ effice quātū co-
natus es· et illa que tecū in aīo tu-
liſti tracta et ſequit᷑ infra Fac te ip-
ſe felicē· facies aūt ſi intellexeris bo-
na eſſe quibus admixta eſt virtus
et turpia quibus malicia coniūcta
eſt Hec ille Correctio ergo fraterna
hīs tribus attentis q̄ dixim⁹ eſt
ſub p̄cepto· et ꝑ conſequēs obligat
hoīem qd̄ erat declarandū· Et hꝯ ſa-
tis eſt de primo p̄ncipali C

Circa ſecundū principale· ſcꝫ
circa correctionis ꝑfectionē· ꝑfectꝰ
et bonus eſſe debet q̄ alios habꝫ cor-
ripere· Nā moralis catho dicit· tur-
pe eſt doctori· cum culpa redarguit
ipſū Et ſeneca epiſtola xx vi· ad lu-
cillum· Tu me inquis mones iam
te enim tu ipſe monuiſti Et huius
rationem ponit ſanctus thomas ſe-
cunda ſecunde queſtione triceſima
tercia articulo quinto dicēs· q̄ȝ ꝓp-
ter tria offertur impedimētū correc-
tioni ex ꝑte hoīs iniuſti et īꝑfecti·
primo q̄dē· quia ex peccato p̄cedēti

indignus redditur vt aliū corrigat
et precipue ſi maius peccatū com-
miſit · non eſt dignus vt corrigat
alium de minori peccato · Unde
ſuper illud mathei quinto capittu-
lo Qui videt feſtucā · ⁊ cetera Dicit
iheronimus · De hijs loquitur qui-
cum mortali crimine detineantur
obnoxij minora peccata fratribus
non concedunt · Secundo propter
ſcandalum quod ſequitur ex correx
ione · ſi peccatū corripientis ſit ma
nifeſtum · quia videtur q̄ ille qui
corripit non corrigat ex caritate ·
ſed magis ad oſtētationem · ſcilicet
vt oſtendamus nos ſcire diſcernere
īter bonum et malum Unde ſuper
illud mathei quinto ca · quomodo
dicis fratri tuo · Exponit criſoſto-
mus In quo propoſito puta ex ca-
ritate ſalues proximū tuum · non
q᷑ teipſum añ ſalues Vis ergo nō
alios ſaluare: ſed per bonā doctri-
nam malos actus celare · et ſcientie
laudem ab hominibus querere ·
Tercio propter ſuꝑbiam corripi-
entis · ſcilicet inquantum aliq̄s ꝓ-
pria pccā ꝑuipēdēs ſeipſū ꝓximo
ꝑfert in corde ſuo auſtera ſeueritate
diiudicans · ac ſi ipſe eſſet iuſtus ·
Uñ dicit aug · in libro de ſermone
dñi in monte Accuſare vicia offici-
um eſt bonoꝝ viroꝝ et beniuolo-
rum · quod cum mali faciunt alie-
nas partes agunt Et ideo ſicut di-
cit beatus auguſtin⁹ in eodē libro ·
Cogitem⁹ cum aliquē reprehēdere
nos neceſſitas coegerit Utrum tale
vicium ſit qđ nūq̄ habuim⁹ · ſi nō
tunc cogitemus nos eſſe hoīes · et
habere potuiſſe · vel tale qđ habui-
mus et iam non habemus · et tunc
tangat memoriam communis fra
gilitas · vt illam correxionē · nō odi
um ſed miſericordia precedat · ſi au
tem inuenerimus nos in eadem vi
cio eſſe · non obiurgem⁹ · ſed conge-
miſcamus · et ad equaliter deponē-
dum inuitemus Ideo dicit yſido
rus de ſummo bono · Non debet
aliorum vicia corrigere · qui eſt vi-
cijs ſubditus Et ad romanos ſecū
do dicitur · In quo alium iudicas ·
teipſum condemnas Eadem enim
agis que iudicas · Ex quibus p̄e-
dictis apparet · q̄ correxio requirit
perfectionem ī ipſo homine volen
te corrigere alium Tamen concedi-
tur aliquādo ipſi peccatori vt poſ-
ſit corrigere aliū Ut ponit ſanctus
thomas vbi ſupra · quia correxio
alicuius hominis delinquentis ꝑti
net ad aliquem · inquantū in ipſo
habet vigorē iudiciū rectū rationis
Peccatū autē non tollit ita totum
bonum nature quin remaneat in
peccante aliquid de recto iudicio ra
tionis · et ſecundum hoc poteſt ſi-
bi competere delictum in ſubditis
arguere · Aliter numquam poſſet
aliquis alium corrigere · cum om-
nes ſumus peccatores iuxta ſenten
tiam iohannis dicentis Si dixeri-
mus quia peccatū non habem⁹ ipſi
nos ſeducim⁹ et veritas ī nobis nō
ē Sane ergo ītelligēdū eſt pccōres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

non debere alios corrigere· q2 ōnes
peccatores ſumus · ſed de magnis
peccatoribus intelligendū eſt·et q̊ -
rum peccata maxime ſūt maīfeſta
pluribus Et hoc ſatis patet de ſecū
do principali · D

C Circa tercium pr̄cipale·ſcʒ cor
rectionis ordinē duo pēſanda ſunt
Primo pēſari debet ordo correctio
nis ·ſecundo penſari debet ordo cor
rectoris · ¶ Circa ordinem correc-
tionis ponit ſanctus tho· ſecūda ſe
cunde · q·xxxiij·ar·v· in reſponſio-
ne principali · q̄ peccata certo or -
dine ſunt corrigēda·q2 peccata· aut
ſunt publica· aut occulta· ſi publi-
ca ſunt· non eſt tantū adhibendum
remediū ei qui peccauit · vt melior
fiat: ſed etiam alijs in quoꝝ notici
am deuenit vt non ſcandaliſentur·
et ideo talia peccata ſunt publice ar
guenda Scdm illud apoſtoli ad thi
motheum·v ·peccantem corā oib9
argue · vt ceteri timorē habeāt · qd
ītelligitur de publicis peccatis· vt
aug9 · dicit in libro de v̊bis dn̄i·ſi
vero ſunt peccata occulta·ſic videt
habere locū qd dn̄s dicit ·Si pecca-
uerit īte frater tuus· corripe eū int
te et ipſū ſolum Intellige·ſi pecca-
uerit occulte ī te· q2 ſi peccaſſet ma
nifeſte·deberes ipſum maīfeſte cor-
ripere. ſed q2 ī peccatis occultis p̄t
pari proximoꝝ offenſa· ideo adhuc
diſtinguendum videt · quedā enī
ſunt peccata occulta que ſunt in no
cumentum proximoꝝ· vel corpora-
le vel ſpirituale · puta ſi alīqs occul
te tractaret quō ciuitas tradat hoſ-
tibus· vel ſi hereticus hoīes priuatī
a fide auertat : ſed q2 ille q̄ ſic pec-
cat· non ſolū in te peccat: ſed etiam
in alios· oportet ſtatī ad denuncia-
tionē procedere· vt huiuſmodi īpe-
dimentū remoueatur· niſi forte ali
quis firmit̄ exiſtimaret · q̄ ſtatim
poſt ſecretā moītionē poſſit huiuſ
modi mala īpedire · quedā vo pec-
cata ſunt ſolū in malū peccantis ꝛ
eius in quē peccatur· vel qui a pec-
cante leditur· vel ſaltem ex ſola no-
ticia · et tunc ſolum ad hoc tenden-
dum eſt vt fratri ſubueniat Et ſic
medicus corporalis ſanitatē cōfert
ſi conferri poteſt ſine alicuius mē-
bri abſciſione · ſi āt non p̄t abſcidit
menbrum minus neceſſarium· vt
vita toci9 ꝯſeruetur · Ita etiā ille q̄
ſtudet emendatiōs fratris debet ſi
poteſt ſic emēdare fratrē ſuū q̄ntū
ad conſcientiam . vt fama eius cō-
ſeruetur·q2 p̄ timore infamie multi
a peccato retrahūtur ·Vn̄ qn̄ ſe in-
famatos cōſpiciunt·irrefrenate pec
cant Vn̄ iheronim9 dic̄ Corripien
dus eſt ſeorſū frater·ne ſi ſemel pu-
dorem aut verecundiā amiſerit per
maneat in peccato Et aug· in li·de
verbis dn̄i exponens illud ·corripe
ipſum inter te et ipſū ſolū· ſtudēs
correctioni pre pudori· forte enī pre
verecundia incipiet defendere pctm̄
ſuum ·et quē vis facere meliorē· fa-
cies peiorem ·Hec ille Debet etiam
conſeruari fama peccantis: q2 ī fa-
mato vno alij infamantur : Scdm

h ij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

illud aug · in ep̄la ad plebē yppo-
nenſē Cū de aliquib⁹ q̄ ſanctū no-
men profitentur aliquid crimīs ꝟ
falſi inſonuerit vel veri · par erit · ī-
ſtant · ſatagunt · āhiunt · vt de oīb⁹
h̄ credat̄ · Vnde ex hiis patet qual̄
ordo ſeruandus ē ī correctione fra-
terna ¶ Circa āt ordinē correctoris
cōmuniter queri ſolet · an ſubditi
poſſint corrigere ſuū ſuperiorem ·
qn̄ ipſū peccātē vidēt · Ad h̄ di · ſcs
thomas · vbi ſupra ar · iiij · q᷒ correc
tio fraterna includit duos act⁹ · ſcʒ
actum iuſticie . et actū caritatis · ſi
autē dicat actū iuſticie · tunc ad ſub
ditum n̄ pertinet corrigere prelatū
qꝛ ſubditus non poteſt punire pre-
latū ſuū Si āt dicat actū caritatis
tūc ſubdit⁹ p̄t corrigere p̄latū ſuū
qꝛ omnes obligant̄ caritatē habe-
re · vtʒ de paulo ap̄lo · q̄ cū eēt ſub-
ditus petri · ipſū tn̄ correxit circa cir
cūciſionē n̄ fiendā poſt reſurrectio-
nē quā p̄mittebat petrus · tn̄ vt di-
cit ſanctus thomas · Maiores non
ſūt icrepādi · niſi cū magna reuerē
tia Vn̄ ap̄ls · i · ad thimo · iiij · dicit ·
Maiorem te non increpaueris · ſed
tanquam patrē obſecra · Et ſic pa-
tet qualis ſit et eſſe debeat ordo cor
rectionis · quia proprie ad ſuperio-
res pertinet corrigere · Et ſic patet
tercium principale Redde ergo cre-
ditori tuo

¶ Feria quarta tercie · Sermo de lege
diuina

Honora patrē tuū et matrē
tuā · Exodi · xx · ca · Heri
declaraui quomo fieri habet correc
tio fraterna · et ad quos ſpectat ip̄a
Hodie conſiderās q᷒ nulla eſt cor-
rectio melior q̄᷒ cū quis conſidera-
ta lege diuina corripit ſeipſū Det̄
minaui loqui de ipſa : qm̄ · ſecūdū
ariſtotilē p̄mo libro politicorum ·
Omnium animalium p̄fectiſſim⁹
eſt homo iuſticie et legi coniunctus
ſed ſeperatus a lege · et iuſticia peſ-
ſimus · Et huius rationem ponit
ſanctus thomas prima ſecunde q̄ſ
tione nonageſimaſecunda articulo
primo oñdens q᷒ lex eſt illa q̄ homī
nes bonos facit · qꝛ vna q̄qꝫ lex ad
hoc ordinatur vt ei obediatur a ſub
ditis · et hoc eſt proprium legis īdu
cere ſubditos ad p̄pam legum da-
tarum virtutem Et cum virtus ſit
que bonum facit hominē · ſequitur
q᷒ proprios effect⁹ legis ſit bonos
facere homines · quibus datur · vel
ſimpliciter · vel ſecundum quid Nā
ſi intentio ferentis legem intendat
in verum bonum · quod eſt bonum
cōmune ſcd̄m diuinā iuſticiā regu
latum · ſequitur · q᷒ per talem le-
gem fiunt homines boni ſimplici-
ter · Si vero intentio legiſlatoris
feratur ad id quod non eſt ſimplici
ter bonum · ſed vtile vl̄ delectabile
ſibi repugnans iuſticie diuine ·
tunc lex non facit bonos homines
ſimpliciter : ſed ſecundum quid :
ſcilicet in ordine ad tale regnum ·
Sic autem bonum reperitur in
per ſe malis · ſicut dicitur aliquis
bonus latro : vnde vniuerſaliter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ſex facit hoīes bonos Nā dic̄ phi
loſophus in ſecūda ethicoꝝ·qꝛ vo-
luntas cuiuſlibet legiſlatoris ē· vt
faciat hoīes bonos Et ſeneca in ꝓ-
uerbijs Ibi populus valet· vbi va
let lex Sic per oppoſitū· vbi non ē
lex. ibi oīa mala · De lege igic̄ iſta
loquendum eſt: ſed qꝛ lex eſt multi-
plex· vt ponic̄ diſ·i · Naturalis ci-
uilis·et canonica · ſiue diuina· De
lege diuīa loq̄mur: qꝛ ipſa eſt excel
lentioꝛ omnibus alijs· vt patꝫ diſ·
x· vbi dicitur · Lege īpatoꝝ non in
oībus eccleſiaſticis controuerſijs
vtendum eſt·ꝓſertim cum inuenia
tur euangelice ac canonice xanctio-
ni aliquotiens obuiare Lex impa-
toꝛum nō eſt ſuper legem: ſed ſub-
tus·imperiali iudicio non poſſunt
eccleſiaſtica iura diſſolui· Hec ille·
Hanc legē petebat propheta in pſ̄
dicens · Legē pone michi dn̄e viam
iuſtificationū tuaꝝ·et exq̄ram eam
ſēꝑ · de hac fit mentio in epiſtola ī
qua precipitur nobis· Honora pa-
trem tuum.et matrē tuā·et in euā-
gelio reprehenduntur tranſgrediē
tes legē hanc diuinam·in qua dici-
tur·quare vos tranſgredimī man-
datum dei id eſt legem dei · dic hiſ-
torias ſi placet· Circa iſtā legem
tria videbimus ·

¶ Primo huius legis neceſſitatē
¶ Secundo huius legis vnitatem ·
¶ Tercio legis huius bonitatem ·

¶ Circa primum pn̄cipale mlt̄e
te tradite fuerunt leges ab antiqꝫ ·
vt ponitur in decretis di· vij· in pri
cipio vbi ponitur· Moyſes gentis
hebrahice primus omnium diuīas
leges ſacris litteris explicauit· foro
neus rex grecis primus leges iudi
ciaqꝫ compoſuit Mercurius trime-
giſtus primus leges egiptijs tradi
dit Solon primus leges athenienſi
bus dedit Ligurgus lacedemonibꝰ
iura ex apollīs auctoritate confix-
it Numa pompilius · qui romulo
ſucceſſit in regno primꝰ romanis
legem dedit · et plures alias leges
addiderunt imperatores· que ōnes
et ſi bone et neceſſarie fuerint ad be
ne moraliterqꝫ viuendum · Nulla
tamen ita neceſſaria fuit· ſicut lex
diuina propter ſex rationes quas
ponit ſanctus thomas prima ſecū
de in pleriſqꝫ queſtionibus: ſed in
q·xci·ar· iiij· ponit q̄tuoꝛ rationes
Quarum prima eſt iſta quia per
legem dirigitur homo ad actus ꝓ-
prios in oꝛdine ad vltimum finem
Et ſi quidem homo oꝛdinaretur tā
tum ad finem qui non excederet ꝓ-
poꝛcionem naturalis facultatis ho
minis non opoꝛteret qꝰ homo habe
ret aliqḋ directiuum ex ꝑte ratiōis
ſupꝛa legē naturalē et legē hūanita
tis poſitā q̄ ab ea diriuac̄ · Sed qꝛ
hō oꝛdīac̄ ad finē beatitudīs q̄ exce
dit rationē facultatis hūane iuxta
apoſtolū dicentē · qꝛ oculꝰ non vi-
dit ·nec auris audiuit·nec in coꝛ ho
minis aſcendit · q̄ preparauit deꝰ
diligentibꝰ ſe Ideo neceſſariū fuit
vt vltra ōnes alias leges poneret̄
lex diuīa q̄ hō poſſet duci in finem

ſuum vltimum qui eſt vita eterna
¶ Secunda ratio eſt propter interci-
tudinem humaī iudicij· et precipue
de rebus contingentibus et perticu
laribus · nā diuerſoꝝ hoīm diuer-
ſa ſunt iudicia· ex q̄bꝰ etiā diūſe le-
ges et contrarie procedunt· vt ergo
hō abſqꝫ oī dubitacōe ſcire poſſit·
q̄d ei ſit agēdum et q̄d vitandū· ne-
ceſſarium fuit vt in actibus propri
is dirigeretur per legē diuinitus da
tam . de qua conſtat qꝫ non poteſt
errare · ¶ Tercia ratio eſt qꝛ de hijs
poteſt homo legē ferre· de quibꝰ p̄t
iudicare Judiciū āt hoīs nō poteſt
eſſe de interibus hominis motibꝰ
q̄ latēt: ſed ſolū de exteriorībꝰ hoīs
motibus qui apparēt Et tm̄ ad per
fectionē v̄tutis· req̄ritur· qꝫ ī vtriſ-
qꝫ actibus homo rectus exiſtat· Et
ideo lex humana nō potuit cohibe-
re et ordinare ſufficiēter interiores
actus· ſed neceſſarium fuit· qꝫ ſup
ueniret diuina lex que hoc faceret ·
¶ Quarta ratio eſt· qꝛ ſicut aug· dicit
in primo de libero arbitrio Lex hu-
mana non poteſt que fiūt mala pu
nire vel prohibere· quia dum aufere
vellet oīa mala ſeq̄ret qꝫ etiā mul
ta bōa tollerēt· et īpediret vtilitas
boī cōmūis· q̄d ē neceſſariū ad con
ſ̄uacōez huānā· vt ergo nll'm malū
īpunitū et īp̄hibitū remaneat· ne-
ceſſarium fuit ſupuenire legē diui-
nā· per quā oīa peccata prohiberē-
tur Iſte quatuor rationes tāgūt in
p̄s vbi dicitur · Lex dn̄i īmaculata
conuertens aīas teſtimonium dn̄i
fidele ſapientiā preſtans peruulis
Nam qꝛ eſt īmaculata · nullā pec-
cati turpitudinē permittit · quia ē
conuertens animas deuolatur · qꝛ
non ſolū exteriores actus : ſed etiā
actus interiores dirigit qꝛ eſt teſtio
nium dn̄i fidele: certitudinē verita-
tis et rectitudinis ponit: qꝛ eſt ſapi
entiam p̄ſtans puulis· ordinat ho-
minē ad finem ſupernaturalē· et di
uinum ¶ quinta ratio eſt· qꝛ ōnis
alia lex a lege diuina procedit· Nā
prouerbiorum octauo capittulo di
citur · per me reges regnant · et le-
gum conditores iuſta decernunt ·
Et auguſtinus in primo de libero
arbitro dicit· qꝫ ī tp̄ali regno nichil
eſt iuſtū ac legittimū · q̄d nō ex et-
na lege homines ſibi deriuauerunt
Et declaratur ratione: qꝛ in oībus
mouentibus ordinatis · oportet qꝫ
virtus ſecūdi mouentis deriuetur
a virtute mouentis primi : qꝛ mo-
uens ſecundū non mouetur· niſi ſe
cundum qꝫ mouetur a primo: ſed
deus eſt primꝰ legiſlator· ergo om-
nes alie leges ſunt a lege diuina ·
Hanc rationē quintā ponit ſanc-
tus doctor vbi ſupra queſtione no-
nageſimatercia articulo tercio·
¶ Sexta ratio eſt : qꝛ oīs lex mutabi
lis eſt p̄ter legem diuinam: ſꝫ īmu
tabile eſt magis bonū ⁊ neceſſariū
q̄ꝫ ſit mutabile : ergo lex diuina eſt
neceſſaria vltra oēs alias leges Et
h̄ ſatis eſt de primo principali
Circa ſecūdum principale: ſcili-
cet legis vnitatem , communiter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

queri ſolet· an lex vetus et noua ſit
vna lex an plures· et an obligentur
criſtiani obſeruare legē antiquam·
vel ſolum nouam C
Priori peticioni reſpondeo ſecun-
dum ſanctum thomā prima ſecun-
de queſtione nonageſima p̄ma· ar·
v ·ꝙ lex vetus et noua ſunt due le-
ges· qm̄ vt ait apoſtolꝰ ad hebreos
quinto Tranſlato ſacerdotio neceſ
ſe eſt· vt tranſlatio legis fiat: ſed ſa
cerdotium eſt duplex· prout ibidem
dicitur. ſcȝ ſacerdotium leuiticum·
et ſacerdotiū criſti · ergo lex diuina
eſt duplex· ſcȝ vetus et noua· nec tñ
ſunt diſtincte hec due leges ſpecifi-
ce ·ſicut eſt homo et equꝰ· ſed ſicut
perfectū et ĩperfectū in eadem ſpe-
cie ſic̄ puer et vir · Vñ ad galathas
quarto Apoſtolus cōparat ſtatum
veteris legis ſtatui puerili exiſtenti
ſub pedagogo· ſtatū āt noue legis
cōparat ſtatui viri perfecti · q̃ iam
non eſt ſub pedagogo Vñ iſta ꝑfec
tio et ĩpfectia legis attēditur penes
tria que ad legem pertinent primo
enim ad legem pertinet vt ordinet̄
ad bonū cōmune ſicut ad finē· qđ
quidem bonū poteſt eē duplex· ſcȝ
bonum ſenſibile et terrenū· et ad ta
le bonum ordinabatur perfecte lex
vetus Vñ exodi tercio In principio
legis ĩuitatur populus ad regnū·
terrenū chananeoꝝ vbi dicitur· Et
educerem de terra illa in terrā bonā
et ſpacioſā · in terrā que fluit lacte
et melle ·ad loca chananei·hethei. et
amorrei· et fereſei· et euei· et iebuzei·
Vel bonum intelligibile · et ad hoc
ordinatur lex noua Vñ ſtatim xp̄s
ad regnū celorum in ſue p̄dicatio-
nis principio inuitauit dicens ·pe-
nitentiā agite · ecce appropinquat
regnū celoꝝ Vt patet per euāgeliſ-
tam matheum in quarto ca · Et iō
dicit beatus aug· in· iiij· contra fau
ſtum ꝙ tēporaliū reꝝ promiſſiōes
in teſtamento veteri continent̄ · et
iō vetus appellatur Sed eterne vi-
te promiſſio ad nouū ꝑtinet teſta-
mentū Secundo ad legem pertinet
dirigere humanos actus ſecundū
ordinē iuſticie· in quo etiam ſupha-
bundat lex noua legi veteri interio
res actus ordinando· Secundū illō
cordat goffredus et archidiaconus
diſ·lv· In ſingulis . Et lix·diſ· Si
officia Et ſexageſima p̄ma diſ· q̄d
proderit Cum enī quis mutuat li-
beralit̄ ſcire poteſt debitorē ſibi na-
turaliter obligari ad antidota Q̄n
vero ſub ſpe recipiendi mutuat pe-
cuniam ſi alias non erat mutuatu-
rus·quicquid gratis poſtea accipit
vſura eſt ¶ Circa ſecundū aſſerunt
omnes doctores maxime ſāctꝰ doc
tor vbi ſupra · ꝙ accipere vſuram
pro pecunia mutuata ſecūdum ſe·
eſt iniuſtum qꝛ venditur id quod n̄
eſt Pro cuius declaratione ſciendū
eſt ·ꝙ quedā res ſunt quaꝝ vſꝰ eſt
ipſarum cōſumptio· ſicut eſt vinū
frumentū·et cetera ſiſ̄ia Et in tali-
bus non debet cōputari vſus rei a
re ipſa · ſed cuicunqꝫ concedit̄ vſꝰ
et hoc ipſo conceditur res Et propt̄
hoc per mutuum transfertur domi
nium Si ergo aliquis vellet vende
re vinū ſeorſū ab vſu venderet ean
dem rem bis vel venderet id q̄d nō
eſt Vnde manifeſte per iniuſticiam
peccaret · Et ſiſ̄i ratione iniuſticiā
cōmittit qui mutuat vinū aut fru-
mentum vel triticū petens ſibi du-
as recompenſationes Vnde quidē
reſtitutionē equalis rei·aliā do vſꝰ
quod vſura dicitur ·quedā vero res
ſunt quarum vſus non eſt ipſius
rei conſumptio· ſicut eſt vſꝰ domꝰ
Et in talibus ſeorſum poteſt vtrū-
qꝫ concedi Puta cum aliquis con-
cedit alicui vſum domus reſeruato
ſibi eius dominio . Et propter hoc
licite poteſt homo accipere precium
pro vſu domus · et preter hoc pete-
re domū accommodatam· ſicut pa
tet in conductione et locatione do-
mus
¶ Pecunia autē ſcd̄m philoſo
phum ſecundo ethicoꝝ·et p̄io po-
liticorum principaliter inuenta eſt
ad cōmutationes faciendas · et ita
proprius et principalis vſus pecu-
nie eſt ipſius cōſūptio ſiue diſtrac-
tio ſcd̄m ꝙ in mutationes expendi
tur· et propter hoc ſecundū ſe illici-
tum pro vſu pecunie mutuate acci
pere precium quod dicitur vſura .
et ſicut alia iniuſte acquiſita tene-
tur homo reſtituere pecuniam quā
per vſurā accepit. q̄d autē lex mo-
ſayca conceſſit iudeis recipere vſu-
ram a gentibus Dicitur ꝙ permiſ
ſum fuit ad vitandū maiꝰ malū .
ſcilicet ne a iudeis deum colenti-
bus vſuras acciperent propter a-
uariciam cui dediti erant ·
¶ Dicit tamen guilhelmus · ꝙ il-
la acceptio vſure a gentibus inter
quas iudei habitabant · potius
erat rei ſue recuperatio · quam v-
ſura · quia tota illa terra data fu-
erat illis a domino ·
¶ Sed iſta ſecunda reſponſio data
non multum valent : quia iudei ad
hoc reſpondent · dicentes · ꝙ deus
non permiſit vſuras propter il-
los : ſed propter alias gentes ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ideo prima ſolutio que ē ſancti tho
me eſt melioꝛ Et ſi diceret͛ leges ci
uiles permittunt vſuras et legib⁹
ſubeūdum eſt· ergo vſura eſt licita·
et non iniuſta . Reſpondetur ſcd̄m
raymundū · qꝫ vſure nullo modo
valent nec obſeruari debent Et hoc
oñdo q̄druplici ratione
¶ Prima ratio eſt qꝛ vſure prohi
bite ſūt auctoꝛitate dei que ſupra ō
nes leges eſt Nā cū par in parem non
habeat imperium· vt patet extra de
electione capi· Innotuit ml'to mi·
nus minoꝛ in maioꝛē·ergo impera
toꝛ terrenus non potuit condere le·
gem contra deū De hac materia lo·
quitur ṗs vbi ſupra ·Qui pecuniā
ſuam non dedit ad vſuram ·Et di·
cit͛ luce vi·Date mutuū nichil inde
ſperantes ¶ Secunda ratio eſt · qꝛ eſt
contra naturalem iuſticiam ·Nam
vendit͛ id qd̄ non eſt . ſed contra iꝰ
naturale nl'la lex valet· vt patet di·
viij· Et ſūt verba aug· libro primo
confeſſionū vbi dicit͛ ·que circa mo
res hominū ſūt flagicia pro morū
diuerſitate ſunt vitanda· vt pactū
inter ſe gentis aut ciuitatis conſue
tudine aut lege firmatū · nulla ciui
um aut peregrine libidine violetur
Hoc idem patet triceſimaſecūda
queſtione tercia . ca· Flagicia· vbi
dicit͛ per aug· libro tercio confeſſio
nū Flagicia q̄ ſūt contra naturam
vbiqꝫ ac ſemper repudianda . atqꝫ
punienda ſūt · ¶ Tercia ratio ·qꝛ
in iure ciuili dicit lex· qꝫ ſacreleges
non dedignant͛ mutari ſacros ca·
nones ſpecialiter in matrimonijs
et vſuris ¶ Quarta ratio qꝛ iurat
imperatoꝛ amplecti q̄tuoꝛ concilia
vniuerſalia a deo · vt per ipſa ſuis
legibus deroget͛ Sed in niceno con
ſilio· qd̄ ē vnum de ill' q̄tuoꝛ repro·
batur vſura · vt patet diſ· xlv· q̄ſi
per totū· ergo vſura ē omnib⁹ mo·
dis illicita niſi forte eſſet cauſa ali·
cuius intereſſe mutuantis· qꝛ tunc
liceret· vt verbi gratia · volebā eme
re terrā valentē ·ſingulis annis ·x·
et ad inſtantiam tuā ceſſaui ⁊ mu·
tuaui tibi hoc mō· qꝫ ſoluas michi
tm̄ vl' tantū ſicut redderet expedite
illa terra deductis ſūptib⁹ et labo·
re et etiā pericl'o qꝛ tūc licet · et hec
eſt ſententia raymūdi· guilhelmi· et
oſtienſis· et ſancti thome ſecūda ſe·
cunde q· lviij· Similiter ſi emerē vl'
ſi emere vellem merces · tu ad inſtā
tiam tuam feciſti me ceſſare a par·
te emptionis· vt tibi mutuarē Et e·
go dico et volo qꝫ reddas michi tā·
tum q̄ntū eſſem habitur⁹ in tali lo
co de mercib⁹ · ſi eas illuc deferrem
Recipio tamen in me periculū nō
eſt vſura· qꝛ vt dicit ſanctus doctoꝛ
vbi ſupra · Homo non facit cauſa
lucri vl⁹ pecuniaꝝ· ſed cauſa dam·
ni recōpenſandi · qd̄ ſuſcipit ex tali
mutuatione

E

Circa terciū videlicet circa q̄s
res cōmittitur vſura Dicitur qꝫ li·
cet in multis caſibus p̄ticularibus
cōmittitur vt ponunt doctores· tm̄
in generali loquendo duob⁹ modis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

cōmittitur manifeſte ſcʒ et latenter
de manifeſta non loquor ad preſēſ-
que omnibus nota eſt: ſed vſura la
tens tribus modis cōmittitur Pri
mo in emptionibꝰ et venditioībꝰ
Secundo in aīalibus Tercio ī ſer
uitoribus et fautoribus. ¶ Circa
venditiones vt ſunt illi q̄ vēdūt ad
terminū. qꝛ ſecundū raymundum
Si propter dilationem res vendat
maiori precio. licet non ſit vſura ex
forma. eſt tn̄ vſura ex fraude. vn̄ vē
ditor tenetur ad reſtitutionem qua
ſi vſuram feciſſet niſi forte eſſet du
bium ꝙ merces vēdite tempore ſo
lutionis debeāt plus aut minꝰ va-
lere. qꝛ tali caſu poſita non obligaē
tur ad reſtitutionem ¶ Circa autē
emptiones ſicut de hÿs qui emunt
frumentū oleum vinum et vniuer
ſaliter omnes ſegetes tempore. quo
recolliguntur. vt poſtea vendāt ca
rius Hic contractus eſt vſurarius
ex ſe. poteſt tamen eſſe contractꝰ li-
citus ¶ Vn̄ eſt notandū ꝙ emens
ſic poteſt hoc facere propter quīqꝫ
cauſas. inter quas cauſas alique
ſunt licite Prima cauſa poteſt eſſe
propter bonū commune. ſicut io-
ſeph emit frumenta. vt poſſet pro-
uidere populis tempore famis Vt
patet in geneſi Et hoc meritorium
eſt Secunda cauſa eſt propter ꝓ-
uiſionē ſuam et ſuoꝝ Sicut ſi quis
nunc emat timens ne poſtea opor-
teret eum cariꝰ emere pro ſe et ſuis
et poſtea quia non indiguit vendi-
dit. ſicut in foro cōmuniter vende-
batur. et hoc licitum eſt. Tercia
cauſa poteſt eſſe propter pietatem.
ſcʒ vt de lucro prouideat pauperi-
bus. et hoc eſt licitum. dummodo
ita moderate faciat. ꝙ communi-
tas non paciatur cariſtiam. quar
ta cauſa poteſt eſſe propter excercē
dam iuſtam commutationem per
modum mercatoris. non vt inten-
dat cariſtiam inducere: ſed ſolum
ſuam negociationem excercere. et
hoc eſt licitum maxime: quando
eſt propria eius negociatio quī
ta cauſa poteſt eſſe propter auarici
am. ſcʒ vt cariꝰ vendat vltra alia
neceſſitate vel vtilitate pēſata. aut
vt cariſtiam inducat et congreget.
ita ꝙ coguntur ab ipſo homines
emere. et ipſe poſſit ad libitum vē-
dere Et talis emptio illicita eſt.
Hoc idem intelligendum eſt de q̄-
cunqꝫ alia mercantia Vn̄ tale incō
ueniens ſequi poſſit. ¶ Nota tamē
ſecundū raymūdū. ꝙ licet talis ho
mo obligatur ad reſtitutionē. tn̄ n̄
obligatur alicui perſone ꝑticulari
ſed ſolum obligatur criſti pauperi
bus et cauſis pÿs. Circa animalia
poſſunt locari animalia et ponere
pactum de damno vel lucro. dū mo
do vtrūqꝫ ſit cōmune inter datorē.
et receptorem. quando autē iſta
non ſunt cōmunia: contractus eſt
vſurarius. ſicut ſi quis daret cer
ta capita ouiū eſtimata certo ꝓcio.
hoc pacto ꝙ ruſticus non accipiat
aliquā vtilitatem. donec qui dede-
rit. receperit prius totam ſortem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Similiter aūt ē contractus iniuſtus
ſi quis paciſcatur ꝙ aāquam ruſ-
tic⁹ accipiat aliquid ipſe dꝫ reſtau-
rare de fecibus oīa mortua · qꝛ hĳs
pactis ē tradere oues immortales ·
Vnde concludo naturaliter et gene
raliter loquendo vbicunqꝫ non eſt
cōe dampnum ⁊ vtilitas contrac-
tus ē illicitus · Circa fautores ē cō
mune ꝓuerbium ꝙ agentes ⁊ con
ſentientes pari pena puniuntur ·
ſed facientes vſuras iniuſte faciūt
⁊ peccant mortaliter · ergo fautores
ipſorum circa vſuras peccant ⁊ in
iuſte agunt · Sicut ſunt īiqui ciues
criſtiani . qui vt in famiam vitent
mutuant pecunias feneratoribus ·
vt fenerari poſſint exſpectantes ꝑ-
tem lucri · quam obligantur reſtitu
ere Et hĳ peiores ſunt iudeis · qꝛ cū
criſtianis fenerantur qd̄ iudei cum
iudeis nec poſſunt facere · ideo gra-
uius puniuntur · Nam in epl̄a ca-
nonica petri dicitur · Melius ē non
noſſe veritatem q̄ꝫ poſt cognitam
retrorſum conuerti · Scd̄i qui ob-
¶ ligantur ad reſtitutionē ſūt fures
F Circa quos tria vidēda ſc
¶ Primo quid eſt furtum ·
¶ Secundo quot modis commit
titur furtum .
¶ Tercium que eſt pena furti .
¶ Ad que reſpondens cum ſancto
thoma ſcd̄a ſcd̄e q · xxxv · ar · ĳ · Di-
co ꝙ ſicut bona tꝑalia que poſſunt
ꝓuenire in dūū hoīs ſunt in dupli
ci differentia . qꝛ quedam dicuntur
bona communi a ꝑtinentia ad oīs
illos que ſūt in ciuitate . ſic ꝙ non
ſunt plus vnius q̄ꝫ alterius . ſed ō-
nibus ⁊ ſingulis communia . que
ſcd̄m beatum auguſtinum libro ſe
cundo de ciuitate dei · vocantur reſ-
publica id ē res populi · que ita ne-
ceſſaria eſt ciuitatibus ⁊ populis ·
ſicut corporibus vita . vt ꝓbat ſāc-
tus policarpus Quia ſicut corpus
in ſe ſine vita non hꝫ motum nec
ſenſum · nec membra illius valida
ſunt ad qualcumqꝫ virtutes · ſic r̄s
publica hinc inde dilacerata augm̄
tum habere non poteſt Et quedam
ſūt bona ꝑticularia que ꝑuate poſ-
ſidentur . vt aggeres . dom⁹ veſtes
pecunie ⁊ ſimilia . ⁊ iſta ita nc̄ria ſūt
hoī vt ſine ipſis homo in ſtatu pa
cifico viuere nequeat · quia vt dicit
ſanctus thomas videm⁹ ꝙ q̄ com
muniter ⁊ īdiuiſe aliquid poſſidēt
frequenti⁹ habent iurgia ⁊ lites · et
econuerſo Vnuſquiſqꝫ re ſua con-
tent⁹ eſt · Ita et furtum duob⁹ mo-
dis diffiniri poteſt · Primo vide-
licet ſecundū ꝙ pertinet ad rem cō
munem Scd̄o ſeruū ꝙ pertinent
ad rem particularem . Furtum rei
publice . vt ponitur xxiĳ . q · iiĳ ē pe
culatus Peculat⁹ enim dicitur fur
tum de re publica Vel poſſum⁹ di
cere ꝙ eſt vſurpatio cui⁹libet boni
communis que eſt grauiſſima ſe-
cundum ancelmuz . quia non offē
ditur vna perſona ſed omnes par-
ticipantes · Et ponit exemplum
policarp⁹ de corpore · quoniam ſi a
corpore auferes alimēta vel ꝑtem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

alimentorum . non ſolum lederet
corpus veruꝫ et omnia coporis mē
bra. Et tanto grauius peccatum ē
quanto nunquam aliquis facit ſi-
bi conſcientiam de reſtitutione ta-
lium bonorum . cum non ſit qui re
petat . Et poteſt fieri duobus mo-
dis directe et indirecte. Directe quā
do quis bona communia ſibi pro-
pria facit . Indirecte quando per vi
as īeptas bone communia conſu-
mit . Et de hiis ponit auguſtinus
quinto de ciuitate dei capitulo deci-
mo octauo exemplum ꝙ quidam
nobilis romanus qui fuerat bis
conſul . exquo repertus fuerat ſer-
uaſſe ſibi decem talenta auri priua
tus fuit perpetuo conſulatu .
¶ Et de ſcipione affricano legitur . ꝙ
cum accuſatus fuiſſet ab emulis
de mala pertractatione boni com̄u
nis dum fuit conſul contra cartha-
ginem excuſauit ſe in ſenatu dicēs
Nichil de partibus illis cum infini
tos theſauros potuiſſet licite abſ-
tuliſſe . abſtulit niſi tantum cog-
nomen ꝙ affricanus vocabatur .
eo ꝙ ab ipſo eſſet affrica ſubiuga-
ta. ¶ Similiter de eius fratre legi
tur . ꝙ ab aſia quam ſubiugauerat
nichil tulit niſi tantum cognomen
Vnde aſiaticus dicebatur. Hij fue-
runt veri amatores reipublice ⁊ tā
diu durauit illa reſpublica q̄ꝫ diu
curata et diſſipata n̄ fuit Sed cum
bonum commune factum eſt parti
culare omnia in nichilum tenderēt
vt ponit ſaluſti9 in cathelinario .

Furtum autem rei particularis vt
habetur de furtis lege prima. ē ſub
tractio rei aliene mobilis ⁊ corpora
lis inuito domino fraudoloſe lucri
faciendi gratia ¶ G Vbi ſex condi
tioēs ponunt̄ que habēt indicare a
liquam fraudulētiam eſſe furtum .
¶ Prima ꝯditio eſt ꝙ ſit ſubtractio
id eſt alicuius rei re alius ablatio .
Nam per ſolum verbum non com
mittitur furtum. Ideo leuitici ſe-
cundo capitulo . aliud eſt preceptuꝫ
Non furtum facies quod opus reſ
picit . Aliud eſt preceptum quod
remouet voluntatem ſicut eſt hoc
preceptum . Non concupiſces rem
proximi tui. quamuis apud deum
ſic poſſet eſſe graue illud furtum
in voluntate ſicut opere . tamen nō
obligaretur ad reſtitutionem . ſed ſo
lum ad ſatiſfactionem . ¶ Secun
da conditio eſt rei aliene . quia in
re propria non committitur fur-
tum . quod intelligitur niſi ali9
in re illa haberet ius . puta ꝙ eſ-
ſent pignora aut res accommodata
quod accipiens fraudulenter capi-
endo furtum committit . vt dicit
ſanctus thomas . ¶ Tercia con
ditio eſt . ꝙ res ſit mobilis et corpo
ralis . quia in rebus immobilibus
non fit furtum vt in domo vel in a
gro . eo ꝙ talia non poſſunt con-
trectari . ¶ Quarta conditio eſt
ꝙ ſit fraudulenta . qꝛ ſi aliqͥs crede-
ret rē ſuā q̄ nō erat. n̄ cōmittit fur-
tū . lꝫ teneatur ad reſtitutionē. quin
ta conditio eſt ꝙ fiat īuito domino

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Quia ſi ſit dñm permiſſurum nõ
eſt furtum· ut patere poteſt de uxore
reſpectu viri · q̄n uxor haberet ali-
quam cauſam credendi ꝙ vir ſuꝰ
eſſet contentus, poſſet accipere ali-
quid de bonis mariti · ſi vero non
crederet virum ſuum ꝑmiſſurum
non poſſet ꝑ ſe nec ꝑ alios paupe-
ribꝰ nec parentibꝰ ſubuenire . ⁊ ſi
aliquid accipit committit furtum
niſi forte de eius ꝓpriis laboribus
faceret· Sexta conditio eſt ꝙ fiat
lucri cauſa · qꝛ ſi aliquis alienam
acciperet ancillam non cauſa lucri
ſed libidinis· non committit furtuꝫ

h ¶ Committitur aũt
furtum duobꝰ modis ſcꝫ ex maliti
a ⁊ ex neceſſitate· Furtum ex ma
licia ſꝫ eſt peccatum mortale tam ĩ
rebꝰ ꝑuis ſicut ⁊ ĩ rebus magnis
dummodo preſumatur eſſe contra
voluntatem dñi. quia eſt contra di
lectionem primi tui cui ĩfertur no
cumentum Unde in rebꝰ minimis
ſi aliqs hẽat aĩmũ furãdi et ĩferẽdi
nocumentum primo erit peccatuꝫ
mortale ut dicit ſcũs doctor ſecũda
ſcđe q. ſexageſimaſexta· Et in fur-
to malicie non ſolum peccant dñi
veruꝫ etiã ⁊ ſerui qui furantur ad
voluntatem dominoꝝ ſuorum. q̄n
ipſi domini non habent iuriſdicti-
onem ſuper bona illa que ipſi fur-
ri faciunt Et ad hac reducuntur õ-
nes guerre illicite. qꝛ ſi huiuſmodi
guerre illicite ſumũtur contra ali-
quem populũ non ſoluꝫ ſtipanda-
rij̄ ⁊ dampnificantes rapinamqꝫ
facientes obligantur ad reſtitutio-
nem ſed etiam precipientes ⁊ ordi-
nantes Secus eſſet ſi talis dominꝰ
haberet iuriſdictionem ſuper bona
q̄ facit furari. ſicut patet exodi ca.
xi. de filijs iſrahel quibꝰ precepit
dominꝰ noſter ut caperent mutuo
vaſa aurea ⁊ argentea ab ipſis e-
giptijs . ⁊ cum illis aufugerent. et
non fuit furtum qꝛ omnia erãt ſub
iuriſdictione dei Furtum aũt ex ne
ceſſitate extrema non eſt peccatum
ut ponit ſanctꝰ doctor ſcđa ſcđe q.
ſexageſima ſexta Nam in tali caſu
omnia ſunt communia ut dicitur
quarto ſententiarum diſtinctione
q̄drageſimaquinta . Et ponitur de
cõſecratione. di· v· ca· Diſcipulos
ubi dicitur Diſcipulos cum per ſe
getes tranſeũdo euellerent ſpicas
⁊ ederent ipſius xp̄i vox innocen-
tes vocat. q̄ coacti fame id fecerunt
Idem dicit ieronimꝰ Et allegatur
eodem loco · quicquid enim neceſ-
ſitate fit cita ſoluitur . qđ volunta-
te recipitur perſeuerat. ¶ I De
pena autem furti legitur ioſue quĩ
to capitulo ubi ponitur . ꝙ ioſue
poſt q̄ꝫ cepit ciuitatem ierico prece
pit ex parte dei ꝙ omnia illius ci-
uitatis tam hominis q̄ꝫ bona coꝝ
beſtie aurum ⁊ argentum ⁊ ſĩplici
ter omnes poſſeſſiones igni trade-
rentur. preter q̄ꝫ raab cum amicis
ſuis. que abſconderat exploratores
populi dei in domo ſua Unus au-
tem de genere iude nomine achor
abſtulit pallium de purpura ⁊ vir

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

gam argenteam· quem ecum inue-
niens ioſue fecit lapidibus obrui
de mandato dei ꝓpter furtuꝫ quod
fecerat. Ideo dicit ꝓpheta· Hec eſt
maledictio que egredit̄ ſuper facie͂
omnis terre· quia omnis fur iudi-
cabitur Tercij qui obligantur ad
reſtitutionem ſunt luſores. K
Circa quos dicitur ꝙ ludus ē ī
triplici differentia. Nam quidam
eſt vituperabilis· quidam tollera-
bilis· quidam laudabilis ¶ De pri-
mo dicitur tricesimaquinta. di. E-
piſcopus· aut preſbiter· aut diaco-
nus· alee atqꝫ ebrietati deſeruiens.
aut deſinat. aut certe dampnetur.
Subdiaconus aut lector aut cātor
ſimilia faciens aut deſinat· aut a ꝯ
munione priuetur Similiter ⁊ lai-
cus· hec ibi· Hoc idem paꝫ extra de
vita ⁊ honeſtate clericorum. vbi di
citur Clerici officiales vel commer
cia ſecularia non exerceant marie
inhoneſta. mimis iocularoribus et
hiſtrioībus non intendant· Et in-
fra Ad aleas ⁊ taxillos non ludāt
nec huiuſmōi ludis interſint ¶ De
ſecundo dicit gloſa ſuper illo capi-
tulo Qui venatoribus diſtinctione
octogeſimaſexta Venari luxurie cā
peccatum eſt· Venari neceſſitatis
cauſa non eſt peccatum ſed ſupple
eſt tollerabile· hoc tamen eſt intelli
genduꝫ de ſecularibus ⁊ non ſacer
dotibus. quia ipſis ꝓhibitum ē vt
patet triceſimaq̄rta di· ca· preſbite-
ri et etiam ꝙ fiat diebus non pro-
hibitis. quia tempore quadrageſi-
mali ⁊ ieiuniorum non debet fieri
vt patet lxxxvi· di. Qui venatorib⁹
¶ De tercio dicit gloſa ſuper c. illo
Donare. di· lxxxvi. ꝙ ludere in or-
ganis in ecclā dei eſt laudabile Iux-
ta illud Laudate eum in timpano et
choro· laud eum ī cordis ⁊ organo
Sed intentio noſtra non eſt de hijs
duobus vltimis ludis loqui· ſed de
priori quem iam diximus eſſe illici
tum Et quod dictum eſt de aleis ī
telligendum eſt de omni ludo for-
tune .l. Quarti qui obli-
gantur ad reſtitutionem ſunt frau
dulenti· que fraudulentia triplicit̄
fieri pt̄ vt ponit ſanctus thomas
ſcda ſecunde q. ſeptimageſimaſep-
tima· Primo ſcilicet in ſubſtantia
ſecundo inquantitate Tercio īqua
litate In ſubſtantia quando ven-
ditur vna res pro alia· puta vinuꝫ
aqua mixtuꝫ pro puro ⁊ bono. fru
mentum eſca mixtum pro bono. ar
gentum alchimicū p ꝓbato· pan-
num groſſum p ſubtili Contra q̊s
dicitur yſaie primo Argentum tu-
um verſum eſt in ſcoriam· ⁊ vinuꝫ
tuum mixtum eſt aqua· ¶ Secūdo
committitur defectus in quantita-
te quod committitur in pondere et
menſuris quicunqꝫ ſint illi vt aro
matarij· macellatores. frumen-
tarij· piſtores· tabernarij moli-
litores caſelini. et mercatores· la
narij· et piſcatores. Et vniuer-
ſaliter omnes illi qui in eorum ar-
tibus vtuntur menſura et ponde-
re· Hij omnes fraudulenti ſunt·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Contra quos dicitur deutronomiꝫ
xx o capitulo Non habebis in ſac-
culo diuerſa pondera maius ⁊ mi-
nus Nec erit in domo tua modius
maior ⁊ minor Abhominatur enī
dominus omnipotens eum qui fa
cit hoc·et aduerſatur omnem iniuſ
titiā . ¶ Tercio cōmittitur defect?
in qualitate. qn̄ ſcꝫ venditur aliqđ
animal infirmū puta bos vel aſi-
nus pro animal ſano·Pann? tinc
tura combuſt? p̄ bono . et ſic de
pluribus alijs ſimilib?·Vtrum āt
homo ſemper teneatur dicere defec
tum rei vendite vel vendende . Ad
hoc dicit ſanctus thomas vbi ſup̄·
q̄ ſemper eſt illicitum dare occaſi-
onem alicuius periculi vel damp-
ni alicui homini tm̄ ſine peccato po
teſt ſubticeri defectus rei · ſed cum
iſta diſtinctione·quia aut huiuſmo
di defectus eſt euidens ⁊ manifeſt?
aut occultus·ſi ſit defectus ille ma
nifeſt? non ſemper obligatur dice-
re·ſi tamen ſubtrahat de p̄cio rei ·
nec eſt fraus·ſi tm̄ eſſe occultus de-
fectus tenetur dicere q̄ꝫtumcunqꝫ
ſubtraheret p̄cium ratio eſt ex taci-
turnitate poſſet ſuſcipere detrimē-
tum vel ſaltem non conſequi intē-
tum ſuum ·De ſymonia aūt ſatis
dcm̄ eſt ſupra feria quinta ferie do-
minice. ibi de hac materia requiren
dum eſt . M

¶ Sexto obligantur ad reſtitutio
nem vltimaꝝ voluntatum executo
res vt ſcꝫ ſint fideles · vt bona de-
functi non in pompoſis exequijs .

que pl? ſolacia ſunt viuoꝝ q̄ꝫ ſub
ſidia mortuoꝝ · ſed in elemoſinis
tradāt vt patet xiij·q.ij·ca· Anime
Et ſunt verba greg vbi dicitur A-
nime defunctoꝝ q̄tuor modis ſol-
uuntur·a oblationibus ſacerdotū
aut p̄cib? ſtōꝝ·aut caroruꝫ elemo-
ſinis. aut ieiunio cognatoꝝ· Cura
tio vero funeris . conditio ſepultu-
re. pompa exequiaꝝ magis ſūt vi-
uorum ſolacia q̄ꝫ ſubſidia mortuo
rum. hec ille·Et beatus auguſtin?
in libro de cura agenda p̄ mortuis
et ponitur xiij. q·ij·Nō exiſtimem?
ad mortuos pro quibus curam ge-
rimus puenire·niſi qđ pro eis ſiue
altaris ſiue orōnū ſiue eleoſinaꝝ ſa
crificijs ſolemniter ſupplicamus ·
quāuis non p̄ quib? fiunt omni-
bus proſint·ſed hijs tm̄ p̄ quibus
dum viuūt cooperantur vt proſint
ſed quia non diſcernimus q̄ ſint o-
portet ea p̄ regeneratis omnibus
facere vt nullus eorum p̄termittat
ad quos beneficia hec et poſſint et
debeāt peruenire Et ſequitur Cor-
pori aūt humano quicquid impen
ditur non eſt preſidiuꝫ ſalutis ſed
humanitatis officium. ſcꝫ affectus
quo nemo vnq̄ꝫ carnem ſuā odio
habuit. hec ille. Jō machabeoꝝ.xij·
Scā ⁊ ſalubris eſt cogitatio pro de
functis exorare · N

¶ Circa quos tria videnda ſunt.
Primo an defunctus ſentiat
detrimentum quia tradantur ele-
moſine quas legauit · Secūdo an
executor debeat tardare diſtributio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

nem vt res defuncti melius venda
tur et elemoſine largiores fiant.
Tercio que pena debetur heredibꝰ
qui tardant facere legata defuncti
¶ Ad primum dicit ſanctus tho-
mas in quolibet dicens. ꝙ defunc-
tus quantum ad meritum elemo-
ſine nullum detrimentum patitur
ex predicta tarditate. maxime ſi q̄z-
tum in ipſo fuit curam adhibuit vt
huiuſcemodi elemoſine cito daren-
tur Et huius ratio eſt. Quia meri-
tum principaliter ex voluntate et
intentione dependet. Sed quantuz
ad ipſum effectum elemoſine pati
tur detrimentum. non quidem vt
pro huius tarditate puniatur de-
functus. ſed quia remedium ei nō
adhibetur dum ſuffragia differun-
tur. quibus plurimum iuuaretur
Et exemplariter poteſt patere.
Nam ſi eſſet aliquis in carcere pro
centum ducatis et ordinaret ꝙ ſol-
uerentur. ſi ſolutio tardatur. tar
datur etiam exitus illius a carcere
tamen quandocunq; portabuntur
ducati licet tarde portentur. non ꝑ-
det meritum. quia immediate iſte
exhibit carceres. Similiter non
patitur detrimentum ſi differatur
reſtitucio quam defunctus manda
uit fieri immediate. et licet tarde ex
ecutioni mandetur.

.O.

¶ Ad ſecundum dicit ſanctus tho-
mas doctor. in quolibet ꝙ in mo-
ra modici temporis non videtur eſ
ſe magnum periculuz. Unde ſi exe
cutor per modicum tempus elemo
ſinas pro anima teſtatoris defunc-
ti dare differat. vt rebus defuncti
melius venditis ampliores elemo-
ſinas dare poſſit laudabiliter hoc
facit. Si vero econuerſo per multū
tempus differat elemoſinas diſtri-
buere. vt in modico ampliores ele-
moſinas faciat. non videtur idcir-
co eſſe abſq; culpa. quia forte de-
functus interim a purgatorio libe-
ratur in quo dum eſſet remedium
ſuffragiorum ei neceſſarium fuit.
Hoc tamen relinquitur prudentis
executoris examini. vt ſcilicet ꝛ ꝯſi
deratis dilatione temporis. et cō-
ditione perſone. que citius vel tar-
dius liberanda eſt. et etiam quanti
tate augmenti elemoſinarum. Fa-
ciat quod viderit expedire defūcto
deleganti.

P

¶ Ad tertium dicitur ꝙ heredibus
qui non faciunt immediate legata
duplex pena datur. Eternalis. in
quantū ſcilicet peccant mortaliter
ad quod ſequitur dāpnatio ꝛ pena
temporalis. quia de iure ꝑuantur
adminiſtratione tali. Et multoties
ꝑuantur vita corpali. quia de pleriſ
q; auditum fuit. ꝙ ꝓpter minas
quas receperunt in ſumpnis mor-
tui ſūt. ꝛ aliq̄ eoꝝ ex ꝓmiſſiōe diua
in membris ſignati remanſerunt.
Sicut legimꝰ ī hiſtoria ſancti ludo
uici de illo milite qui reliquit equū
ſuum tradendum per cognatum ſu
um ī elemoſinas ſi moreret̄ ī pre-
lio. qui cum negligens fuiſſet dare

equū illum . in fine āni apparuit
miles cognato ſuo dicens. Nūc va
do ad paradiſuꝫ p⁹ quā per annū
in purgatorio purgatus ſum. Sed
quia hui⁹ rei cā fuiſti cras te ī prā-
dio exiſtente cū vxore tua dyabol⁹
te arripiet. Legim⁹ etiam. ꝙ tem
pore beati thome de aquino quidā
venerabilis magiſter pariſienſis nrī
ordinis ꝑdicatoꝝ. remanſit execu-
tor teſtamenti cuiuſdā militis. qui
ꝓpter occupationes lectionuꝫ neg-
ligens fuit cito ad implē volūta-
tem militis illius. Et in tempore
mortuus eſt pariſius ꝛ apparuit
beato thome exiſtenti neapoli queꝫ
intuens beatus thomas ait. Reue-
rende mgr̄ quo vadis? Ille reſpō-
dit ſe eē mortuum. ꝛ fuiſſe. xv. die
bus in purgatorio quia negligens
fuit in execuciōe legatoꝝ illius mi-
litis. ſed illo tunc volabat ad para
diſum diuina ordinante miſericor-
dia.

Q

Septimo obligantur ad reſtituti-
onem ſacrilegi qui furantur et īde-
bite poſſident bona eccleſiaſtica de
quibus alias in iſto opere fiet ſer-
mo Octauo obligantur ad reſtitu
tionem illi qui comedunt bona pu
pilloꝝ ꝛ viduarum. ſicut ſunt ad
uocati. ꝓcuratores commiſſarij. et
tutores. Vbi nota ꝙ aduocati in
tribus caſib⁹ obligantur ad reſtitu
tionem ſcd̄m raymunduꝫ ꝛ wilhel
mum. Primo quidem omnium
que illi contra quos aduocabat ꝓp
ter ipſius patrocinium iniuſte ami

ſerunt ſeu dampnificati fuerint.
¶ Vnde per cauillationem ſuam
abſtulit aduerſario bonam cauſam
vel etiā ſi ipſum grauauit petendo
dilationem ſuperfluaꝫ. aut allegā-
do falſum ꝛ contra conſcientiā. vel
faciendo poſitionem cauilloſam. ꝛ
inſtruendo falſum teſtem aut īſtru
endo clientuluꝫ de negando verita-
tem. ꝛ ſimilibus tenetur ad reſtitu-
tionem. ꝛ inter eſſe Secundo tene
tur illis quibus ꝓſtitit auxilium ſi
ꝓpter ſuam infidelitatem vel neg-
ligentiam iniuſte amiſerunt Ter
cio tenetur eiſdem ſi amiſerunt ꝓp-
ter ſuam ignorantiam. ꝛ hoc quan
do iactabat ſe ſcientem et non erat.

R

Que etiā tria poſſunt dici de pro
curatoribus vt patet Commiſſarij
autem viduaruꝫ ꝛ tutores pupillo
rum tripliciter in conſcientia gra-
uantur ¶ Primo qn̄ acceptant tute
lā quam de iure habere non pn̄t. ſi-
cut clerici qui ſcd̄m iohannem an-
di. lxxxvi. ex teſtamento habere poſ
ſunt licet tutelam legittimam non
poſſint ſuſcipere. Et hoc eſt ꝓuilegi
um clericorum qꝛ licet poſſūt ſucce
dere alicui ex inteſtato. non tn̄ tenē
tur recipere tutelam ¶ Secundo qn̄
acceptant ꝛ negligunt. ꝛ ꝓpter ip-
ſorum negligentiam minuuntur
bona pupilli ¶ Tercio qn̄ acceptāt
ꝛ ſuſcipiūt vt bona ꝓpria adauge-
ant ꝛ bona pupillorum diminuāt
Multa etiam adiungenda forent
circa hos reſtitutores. ſed ad preſēs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

iſta que predicta ſunt ſufficiant Et
hoc ſatis de primo pūcto principa-
li. S

¶ Circa ſecundum principale ſci
licet quibus fienda eſt reſtitutio Di
cendum breuiter q bona que ha-
bent reſtitui ſunt in triplici diffe-
rentia. quia aut ſunt bona incerta.
aut certa. a parti. certa a partim ī
certa. Si res eſt incerta ſicut ſunt
vſure. rapine fraudulentie. tunc ſe
cundum raymundum debet in pi-
as cauſas erogari. tamen de cōſili-
o dioceſani. aut cappellani perochi
alis. quibus note ſunt tales ī digē
tie vt patet. xv. queſtione ſecunda
capitulo Conceſſo vobis vbi dicit
Conceſſo vobis quem petitis an-
tiſtite fratre iam et epiſcopo noſtro
iuliano neceſſarium fuit eidem iuli
ano ad eccleſiam ſuam mox remiſ-
ſo ad nos pariter noſtra ſcripta de
ſtinari. quibus agnoſceretis eidē
fuiſſe preceptum. ne vnq̄ȝ ordina-
tiones preſumat illicitas. Et in ter
ra redditus et oblationes fidelium
in quatuoꝛ partes diuidat Et capi.
Quatuoꝛ idem habetur. Cum qua
opinione concoꝛdat ſanct⁹ thomas
ſecunda ſecunde queſtione ſexageſi
ma ſecunda dicens ſic Si ille cui dȝ
fieri reſtitutio ſit omnino ignotus
debet homo reſtituere ſecundum
q poteſt. ſcȝ dando in elemoſinas
p ſalute illius ſiue ſit mortuus. ſi
ue viuus premiſſa tamen diligen-
ti inquiſitione de perſona eius Nl
lam tamen mentionem faciēda de
dioceſano. Et addit vnum raymū-
dus q tales elemoſine fieri debent
in dioceſi vbi tales rapine facte ſūt
quod tamen exponens guilhelmus
dicit hoc potius eſſe de conſilio q̄ȝ
de neceſſitate ita q vbi libet fieri
poſſunt. vbi commodius videtur.
Similiter et hoſtienſis dicit q reſ-
titutio male ablatoꝛum eſt vnus
de caſibus pertinentibus ad epiſ-
copum. vt patet ſecundum eum ex
tra de iudeis. Tamen in rei verita-
te. vt patet viceſimaſecunda queſti
one ſecunda capitulo. De lagcis.
epiſcopus non debet ſe intramitte
re. ſed quilibet iuxta conſcientiam
ſuam debet facere maxime ſi eſt cer
ta perſona determinata a teſtatoꝛe
ſuper faciendis et a foꝛtiori princi-
palioꝛ obligatus ad reſtitutionem
poteſt ſine epiſcopo facere. vt pla-
cet iohanni andree in autentica.
Et ſi dicitur q plures decretales
remittant ad epiſcopum. vt patu-
it ſupꝛa. Dico q ille decretales in-
telliguntur de diſpenſationibus iu
deoꝛum. que ſuſpecte ſunt et talis
diſpenſatio ſuſpecta ab eccleſia dio
ceſano merito committitur. Sed
de diſpenſationibus a chriſtianis
fiendis. vbi non poſſit ſuſpitio oꝛi
ri nulli dubium eſt. q poſſunt ſine
dioceſano fieri. Hoc idem. Videtur
dn̄o ſimoni de maruilla capellano
pape et auditoꝛi dn̄i portuēſis Cre-
do ego tn̄ q tuti⁹ fiat cū dioceſano
Tn̄ ſiue cū dioceſāo ſiue n̄ paupe[ri]
b⁹ omnia bōa īcerta erogari debēt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Si vero aliquis obiceret de vſuris
iuſtis que teneri poſſunt et nemini
reſtitui Allegantes ambroſium. vt
patet decima quarta q· quinta qui
ponit vſuras licitas dicens · Ab il
lo exige vſuram cui merito nocere
deſideras· cui iure īferuntur arma·
Huic legittime auferuntur vſure
quem vincere bello non potes . Ab
hoc vſuras exige quem non ſit cri-
men occidere· Sine ferro dimicat q̄
vſuras flagitat · ſine gladio ſede
hoſte vlciſcitur. qui fuerit vſurari
us exactor īimici· ergo vbi ius bel-
li ibi ius vſure . Dicendum breuiť
ꝙ vſura nullo modo eſt licita vt
dictum fuit ſupra ꝑ illas quatuoꝛ
rationes et per ꝗ̄s nec talia ꝑ ipſā
acquiſita merito teneri poſſūt· nec
etiam iuſte· Quod autem dicit bea-
tus ambroſius ſane intelligenduȝ
eſt· Vbi nota ꝙ ſcūs ambroſius il
lo tēpore malos habebat clericos
qui volebant vſuris omnimode o-
peram dare et non poterat eos aliť
reuocare. quare propoſuit iſtud tā-
q̄ȝ ꝓblema dicens. Vos vultus v-
ſuras exire Ab illis ergo exigatis
quibus merito nocere poteſtis ⁊ ꝯ
tra quos arma iuſte mouetis. ⁊ q̊s
non ſit crimen occidere· Sed a con
trario ſenſu vobis non licet iſta· er
go nec vſuras exigere poteſtis· ⁊ ꝑ
ꝗ̄s vſure omnino ſunt illicite · et
ꝑ ꝗ̄s acquiſitum ꝑ vſuram eſt il-
licitum. et non poteſt retineri cum
ſalute aīe ſiue ſit acquiſitum ab in
imico ſiue ab eo q̄ non eſt inimicꝰ
ſicut nemini licet nocere nec aliq̄ȝ
occidere Omnia ergo ex vſuris acq
ſita pauperibus erogari debent ſi-
cut alia bona incerta. vt dcm̄ ē ſup̄
¶ Bona vero certa ſunt in triplici
differentia quia aut ſunt certa ita
ꝙ retinens ⁊ ille a quo ablata fue-
rant illi pcc̄o vnanīter conſenſeꝛt
ſicut eſt in ludo taxilloꝝ et alearuȝ
ad quem et vincens ⁊ perdens con
ſentiant· aut ſunt nota ſolum reti-
nenti iniuſte· non conſentiente do-
mino ad quem ſpectat. aut ſunt no
ta retinenti iniuſte conſciente dn̄o
ad quem ſpectat· Si autem primo
mō due occurrunt opiniones. ¶ Pri-
ma opinio eſt ꝙ talia bona non de
bent erogari ꝑdenti· ſed ſoluȝ pau-
peribus ⁊ pijs caſibus ¶ Scd̄a opi-
nio ē ꝙ poteſt repeti id qḋ ī lucro a
leaꝝ ꝑdiť vt pȝ digeſtis de aleatori
bꝰ lege finali Sed raymūdus has
duas cōcordȝ opiniōēs. et cū diſtīc
tione reſpōdȝ ꝙ vbi q̊s ex volūtate
et ex cupiditate luſit qḋ perdidit nō
eſt ei reddendum · ſed pauperibus
erogandum cum ſit īpar cā turpi-
tudinis et hoc intendebat prima o-
pinio Sed ſi quis ludat inuitus et
tractus per vim vel per nimiam
alterius importunitatem tunc ſi a
miſit poteſt petere· ſi lucratus eſt .
non tenetur reddere ꝑdenti ſed in
pias cauſas et in pauperes expone
re · Et hoc intendebat ſcd̄a opinio .
De ludentibus vero qui alienant
res · non pertinētes ad ipſos. ſicut
ſunt pueri maxime pupilli qui nō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ꝑuenerunt ad etatem viginti quin
qȝ annorum. ſerui· ſubditi. furioſi·
mente capti. ⁊ omnes qui laborãt
aliquo morbo perpetuo. Dicit ſãc-
tus thomas ſecunda ſecunde queſ-
tione triceſimaſecunda. Quod ſi a-
liquis lucretur ab hijs qui rem ſuã
alienare non poſſunt illicitum eſt .
⁊ contra ius diuinum ⁊ obligatur
hijs talibus ad reſtitutionem · non
tamen ſimpliciter hijs ſed ſuis pre-
ſidentibus vel gubernatoribus .
Hec eadem ſentit innocentius in
gloſa extra de emunitate eccleſiarũ
Si ſecunda modo tunc reſtituendũ
eſt perſone perdenti . et non poteſt
de hijs elemoſina fieri . quia nõ po
teſt diſpenſare bona aliena . ſi per-
dens eſt preſens . ſi vero non eſſet
pñs ſȝ a lõge. tũ ſcdȝ ſcm̃ thomam
ſcda ſcde · q. lx· ſecunda conſide-
randum eſt quia aut res eſt magni
valoris. aut ꝑui: ſi magni tunc re-
ponenda eſt in aliquo loquo vſqȝ
ad eius aduentum vel ei mittatur.
Si vero eſſet parui valoris tunc ſi
militer reſeruanda eſt ad tempus
reuerſionis · ꝙ ſi non reuertẽtur et
expenſe eſſent magne ad mitten-
dum tunc pauperibus eſt erogan-
dum . Sed vbicunqȝ in ſimilibus
poteſt haberi dominus rei · res ipſi
reſtituenda eſt· Si tercio modo non
obligatur quis ad reſtitutioneȝ vt
declaratum eſt ſupra cum res non
ſit accepta inuito domino · quia ſic
non cauſatur furtum · hec patent
de rebus certis · Quantum vero

ad res partim certas et partim in-
certas. Sicut ſunt verbi gracia bo-
na per ſtipendiarios tempoꝛe guer-
rarũ furata que noſti ꝙ furata ſũt·
et neſcis cui furata ſint . ¶ Ta-
men emis . ¶ Dico breuiter cum
raymundo ꝙ ſi emiſti bona inten
tione vt redderes perdenti ſi ad tu
am perueniret noticiam obliga-
ris illi ad reſtitutionem vel paupe
ribus ſi ille nunqȝ repeteret omnia
illa que emiſti · et que ex hijs lucra-
tus fuiſſes vt penſionem · fructuȝ
mercedem et ſimilia · Ratio eſt qui
a debes vtiliter rem expoliari per-
tractare ex quo bone intentione
emiſti . Et ille obligatur reſtituere
tibi quicquid expoſueris pro re ſu
a recuperanda et manu tenenda ·
Si vero emiſſes mala intentione ·
puta ex cupiditate cauſa lucrandi ·
et vt alteri venderes obligaris ad
reſtitutionem rei illius et omnium
que ex tali re lucratus es · nec libe
raris ab obligationem ſe eam al-
teri vendidiſſes · et ille cuius ſunt
bona non obligatur tibi ſatiſface-
re in aliquo quod in tali re expo-
ſueris . et hoc ideo quia mala inten
tione et mala fide emiſti ꝑm mo ſi
res talis male empta peioraretur
in manibus tuis de tali peioratio-
ne obligaris ad reſtitutionem · Et
ad hunc caſum poſſunt reduci om-
nes adiuuantes furari · vt ſunt
conſiliarij participantes · muti non
obſtantes et non manifeſtantes ·
qȝ ipſis notuȝ eſt bona illa eſſe ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ſa intentione et fide poſſeſſa igno-
rant tamen ad quem pertineāt De
quibus ſimiliter dico ꝙ obligant̄
ad reſtitutionem maxime ſi preſup
ponunt ꝙ talia non fuiſſēt frā· ni-
ſi ipſis mediantibus· illis ad quos
illa bona pertinent vel pauperibꝰ
ſi ignorant· Vtrum autem obligē-
tur in partem vel in totum ſi mul-
tos conſortes et perticipes habue-
runt in ablatione rerum alienaruꝫ
puta ſi decem vel duodecim abſtu-
lerint alicui ſummam pecunie vtꝝ
quilibet ſatis facit redendo portio-
nem ꝑceptam Dico qꝫ quilibet ob-
ligatur in ſolidum· ſi quilibet de ꝑ
ſe portionem ei venientem non reſ
tituat. Vnde ad romanos p̄rīo dici
tur. digni ſunt morte non ſolum ꝗ
faciunt ſed qui conſentiunt facien-
tibꝰ· Et hec nunc de ſc̄dō ſufficiant
principali.

¶ Circa tercium principale ſcꝫ q̄ꝫ
tum ꝛ quo tempore reſtitui oporte
at Dicit enim beatus thomas ſc̄da
ſc̄de q. lxij ar. iij. qꝫ ſufficit tm̄ reſti
tuere quantum quis accepit. Et aſ
ſignat rationem quoniam reſtitu-
tio reducit ad equalitatem id quod
inequaliter ablatum ē· ſed aliquis
readēdo quod accepit reducitur ad
equalitatem ·ergo ſolum tenetur
reſtituere quantum accepit Et ſi q̄s
obiceret allegando vetꝰ ꝛ nouum
teſtamentum. quia in veteri teſtam̄
to dicitur exodi viceſimo ſecundo.
Si quis furatus fuerit ouem ꝗ bo-
uem ꝛ occiderit· v boues ꝑ vno bo
ue reſtituat. ꝛ quatuor oues ꝑ vna
oue Et in nouo teſtamento luc. xix.
ſcribitur de ſacheo qui dixit xp̄o Ec
ce dimidium bonorum meorum do
pauperibꝰ ꝛ ſi quid aliquem de-
fraudaui reddo q̄druplum dicitur
qꝫ vetꝰ teſtamentū non obſeruatur
quantum ad legalia. vt fuit dictuꝫ
ſupra. niſi quis de nouo conderet
eandem legem ad terrorem fori iu-
dicialis. n̄ quantum ad forem iudi
cialem eſſet licita et iſta eſſet lex hu
mana et non diuina· Sacheus ve-
ro dixit illud ſe facturum non qua
ſi obligatus· ſed ſua ſponte ſicut ex
ſuis bonis volebat meditatem da-
re· Sufficit ergo tantum reſtituere
quantum quis accepit. vt pꝫ· Quā
tum vero ad tp̄s quo reſtitui opor
teat dicitur qꝫ immediate dꝫ quis
reſtituere cum poſſidet alienum· e-
tiam ſi deberet mendicare. de hoc
ponit ſanctus doctor tres rationeſ
ſc̄da ſc̄de q· lxij .ar· viij ¶ Prima
ratio eſt iſta. quoniam eadem rati
o videtur eſſe in omnibus que ſūt
reſtituenda· ſed ille que conducit o-
perarios non poteſt retinere merce
dem vſqꝫ ad diem craſtinum · vt
ſcribitur leuitici· xix· Non ſtabit o
pus mercennarij tui apud te vſqꝫ
mane· ergo nec in alijs reſtitutioni
bus faciendis poteſt fieri dilatio ſꝫ
ſtatī reſtitui dꝫ. ¶ Secunda ratio eſt
iſta Sicut accipere rem alienaꝫ ē ī-
iuſtum. ita et retinere eam. ſed im-
mediate poſtq̄ꝫ homo iniuſticiam
fecerit obligatur ſatiſfacire. ergo et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

qui aliena poſſidet debet immedia-
te reſtituere ¶ Tercia ratio eſt qa
homo ſemper tenetur cauere pecca-
tum et immediate poſtq̄z icerit te-
netur ſatiſfacere ꝑ peccato. vt ſcri-
bitur eccleſiaſtici viceſimo. Quaſi
a facie colubri fuge peccatum. Sed
tenere aliena eſt peccatum. ergo re-
tinens obligatur immediate reſti-
tuere vel ſaltem petere dilationem
ab eo cuius ſunt illa bona Et ſi di-
ceretur ſic precepta affirmatiua nō
obligant ad ſemper. ſed reſtitutio
rei aliene eſt preceptum affirmati-
uum. ergo non obligat ad ſemper.
⁊ per conſequens ad immediate r̄ſ
tituendum. Dicitur ꝙ reſtitutio li
cet videatur ex vi verborum eſſe p̄-
ceptum affirmatiuum. tamen in re
i veritate continet in ſe negatiuum
videlicet non retinere rem alterius
patet ergo quantum et quo tempo
re ſit reſtituendum.

Et hoc ſatis de tertio principali.

Sabato paſſionis.

Sermo de iuramento.

Dedi te in fedus populi. Y
ſa. xliiij. capitulo Heri lo
cuti fuimus de reſtitutio-
nibus que debent fieri per vſuriari
os. luſores. fraudulentos. ⁊ omnes
illos qui alienum poſſident. Hodi
e conſiderans ꝙ in hijs vicijs ſcili
cet ludo. fraudulentia. aduocatio-
nibus et procurationibus. multa
fiunt iuramenta et coniurationes
multotiens indebite. Determina
ui loqui de iuramento et coniurati
one. Pro cuius principio datur
iſta concluſio ſcilicet ꝙ eſt licitum
iurare et accipere ſacramentum in
neceſſitate.

A

Hanc concluſionem declarat ſāc
tus doctor tercio ſententiarum diſ
tinctione triceſimanona articulo
tertio aſſignant talem rationem.
Quia ille actus qui cadit ſupra de-
bitam materiam eſt licitus. ſed iu
rare eſt actus cadens ſupra debi-
tam materiam Ergo iurare eſt lici-
tum in neceſſitate: Et deutrono
mij ſexto. Dominum deum tuum
timebis. et per nomen eius iura-
bis. Et magiſter ſententiarum
libro tercio diſtinctione triceſima-
nona dicit. Si autem queritur v-
trum iurare ſit malum. Dicimus
aliquando malum eſſe. aliquan-
do non. Sponte enim et ſine neceſ
ſitate iurare vel falſum iurare pec-
catum graue eſt. ex neceſſitate au-
tem iurare ſcilicet ad aſſerendam
innocētiā l' ad federa pacis ꝯfirmā
duz vel ad ꝑſuadēdū audiētibus
quod eiſdem eſt vtile malum non
eſt. quia neceſſarium. Hec ille: Et
aug⁹. Iuramentum faciendum eſt
in neceſſarijs cum pigri ſint hoīes
credere qd̄ ē eis vtile Iuratio n̄ ē bo
na non ē tamen mala duz eſt neceſ-
ſaria Et. xxij. queſ. .i. dicitur. Tu
non malum facis qui bene vte-
ris iuratione. que et ſi nō bona ta-
men neceſſaria eſt vt alteri perſua-
deas quod vtiliter ꝑſuades hec ibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Et ſi diceretur qꝫ xp̄s ꝓhibuit iu-
rationem vt patet mat. quinto ſan
q̄z malam. dum dixit. Non iurare
omnino. Ad quod reſpondens di-
cit ſanctus doctor. iij. ſē. di. xxxix.
qꝫ aliquid poteſt eē illicitum dupli-
cit. Vno mō in genere. ita qꝫ ē ita il
licitum qꝫ nunq̄z poteſt eſſe licitū
vt eſt verbi gratia. actus fornicati
onis qui nunquam aliquo mō eſt
licitus Alio mō aliquid eſt illicituz
in ſe tamen reſpectu finis erit lici-
tum. ſicut inciſio manus eſt illicita
tamen ſi incideretur qz putrida eſt
ne alia membra īficeret liceret eam
abſcidere. Sic eſt in ꝓpoſito de iu-
ramento. qz lz iuramentuz de ſe ſit
illicitum. tū̄ reſpectu neceſſitatis
aut eorum q̄ poſſunt venire in v
tilitatem credentium ē licitum. Et
confirmatur iſta reſpōſio ꝑ auguſ-
tinum ſuper ad galatas. vt ponit
xxij q. i. vbi dicitur. Non eſt contrā
ꝓceptum dei iuratio. q̄ a malo non
iurantis ē. ſed incredulitatis a quo
iurare cogitur Nam hoī intelligit
ita dominum ꝓhibuiſſe a iureiurā
do. vt quantum in ipſo eſt quiſqz
non iuret qđ multi faciūt in ore ha
bentes iurationem tamq̄z magnuz
atqz ſuaue aliquod. Nam vtiqz a-
p̄ls nouit ꝓceptum dn̄i. ⁊ tamen
iurauit. Hec ibi. Et idem contra
fauſtum dicit. In ſcriptis ergo vbi
ē conſideratio maior pluribus lo-
cis apoſtolum iuraſſe inuenitur.
ne quiſquam putaret etiam veruz
iurando peccari. ſed potius intelli-
geret humane fragilitatis corde n̄
iurando tutius a ꝑiurio conſerua-
ri. Hec ille. Patet ergo qꝫ licitum
eſt iurare in neceſſitate vt d cū̄ ē Iō
in ep̄la dicitur Dedi te in fedꝰ. qa
iuramentum eſt federis confirma-
tio. In euangelio xp̄o etiam dicit
Teſtimonium tuum non eſt veruz
Nam iuramentum ē deum in teſtē
aſſumere quem iudei aſſumere vo
lebāt dicētes teſtimoniuz ſuū n̄ eē
verum. Dic hoſtorias ſi placet.

¶ Circa quod iuramentum tria
videbimus.

¶ Primo neceſſitatem.

¶ Secunda veritatem.

¶ Tercio falſitatem.

¶ Circa primum principale ponit
ſcūs doctor ſcḋa ſcḋe q. lxxxviij. du
as rationes ꝓpter q̄s fuit neceſſa-
rium ad īuenire iuramentum. S

¶ Prima ratio ē ad teſtificationē ve-
ritatis. q̄a hoīes non valentes vi-
dere ſecreta cordis ⁊ ſcientes qꝫ ali
ud poteſt dici lingua ⁊ aliud eē in
corde vt homines pn̄t credere ſibi-
ipſis reptum ē vt daretur in teſtem
veritatis ille q̄ mentiri non p̄t ſcz
ipſe deus vel veritas p̄ma ꝑ vt lu-
cet in ſcripturis Vnde de iurare eſt
deum ī teſtem aduocare. ꝓpter qđ
iuramentuz nō debet fieri niſi per
deum. aut ꝑ ea in qubus conſiſtit
veritas dei ſicut ſunt ſacra euange
lia vnde in veteri teſtamento iura
batur. viuit deus ⁊ viuit aīa mea
ideſt ſicut ē verum qꝫ viuit deus ⁊
viuit anima mea ita illud qđ dico

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

eſt verum. Et in primitiua eccleſia
iurabatur. Teſtis eſt michi deus.
Similiter et criſtus iurabat. Amē
amen dico vobis id eſt in veritate.
Hanc rationem tangit beatus au-
guſtinus in ſermone de periurio q̄
incipit. quiſquis eſt praui et peruer
ſi cordis et allegatur a magiſtro ſē
tentiarum libro tercio diſtinctione
triceſimanona vbi dicitur Rediculum
lum eſt putare. ſi dicas per deuz iu-
ras. ſi dicas teſtis eſt michi deus. n̄
iuras. quid eſt per deum. niſi teſtis
eſt michi deus. aut quid eſt teſtis
eſt michi deus. niſi per deum ⁊ qd
eſt autem iurare. niſi ius deo redde
re. quando per deum iuras ius ſci-
licet veritatis et non falſitatis.
Hec ille. Si autem queratur quis
magis teneatur ad iuramentum.
an qui per deum. an qui per euan
gelium iurat. Dicit magiſter ſen
tentiarum vbi ſupra ꝙ magis ob
ligantur qui per deum iurant. q̄
qui iurant per ſacra euangelia. c
ratio eſt. quia euangelia facta ſūt
per deum. Vnde iohannes cri
ſoſtomus. Si qua cauſa fuerit.
modicum; videtur facere qui iura
per deum. qui vero per euangeli
um maius alquid feciſſe videtur.
quibus dicendum eſt. ſtulti prop-
ter deum ſcripture ſancte ſunt. nō
deus propter ſcripturas. Hec ille.
C
C Secunda ratio propter quam
inuentum fuit iuramentum fuit
ad vitandum ydolatriam. ne ipſi
iurantes non volentes iurare per
deum iurarent per creaturas eſti-
mantes aliquid eſſe diuinitatis in-
fuſum in hiis creaturis velut quod
dam medium quo eſſet reuerentia
deo exhibenda. ⁊ exinde incepit er-
ror ydolatrie. vt dicitur in hiſtori
is. Videntes enim homines ru-
des imagines quorundam homi-
num venerari inceperunt et eis di-
uinum tribuere honorem. et ipſas
in teſtimonium inuocare. Vnde
dicit beatus paulus ad hebreos vi-
ꝙ omnes per maiores ſuos iurāt.
propterea dixit chriſtus mathei
quinto. Nolite iurare per celum
neqꝫ per terram. neqꝫ per creatu-
ram aliquam. vt daretur intelligi
ꝙ neqꝫ in celo neqꝫ in terra eſſet a-
liquod cuius virtus minime defi-
cere poſſet. quia ſic celum eſſet deꝰ
et terra eſſet deus quod non eſt ve-
rum. Hanc rationem tangit ma-
giſter in tercio diſtinctione triceſi-
ma nona. Et viceſima ſecunda
queſtione prima dicit ieronimus.
Conſidera qꝛ ſaluator nō per deuz
iurare ꝓhibuerit. ſed ꝑ celū ⁊ terrā
⁊ per ieroſolimam ⁊ ꝑ caput tuuz
⁊ hoc iudeis q̄ ſi paruulis fuerat le-
ge conceſſū. vt quō victimas īmo
labant deo ne eas īmolarēt ydolis
ſic iurare ꝑmitterenť ꝑ deū. nō qꝛ
rcē hoc facerent ſed qꝛ meliꝰ ē deo
illō exhibere q̄ꝫ demoniis Hec ille.
Et ħ de ꝓmo principali. D
C Circa ſcōm principale ſcꝫ circa
veritatem iuramenti ponit beatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ieronīmꝰ xxij q· prima· ꝙ tria ſunt
neceſſar ia ad hoc vt aliquod iura=
mentum ſit verum. ſcʒ iuſtitia· iu=
dicium et veritas· vt ſcribitur iere=
mie quarto. Iurabant inquit dn̄o ī
iuſticia. iudicio ⁊ veritate. Et ſunt
ita ſimul coniuncta· vt vnum ſine
altero eſſe non poſſit. ¶ Et ꝓmo
requiritur iuſticia· hoc eſt ꝙ illud
quod iuratur ſit iuſtum· quia iura
mentū de malo non debet ſeruari.
Ideo ſi iuro facere furtum vel ho=
micidium vel nunq̃ʒ loqui cum vi
cino meo. non ſolum non obligor
ſeruare. ſʒ obligor non ſeruare. vt
ponit magiſter ſentētiaꝝ in tercia
diſtinctione. xxx ix· Allegando yſi=
dorum in ſententijs vbi dicitur·
Non eſt obſeruandum ſacramen=
tum quo malum incaute ꝓmittit
vt ſi quis adultere ꝑpetuam fidem
cum ea manendi polliceatur. tolle=
rabilius eſt enim non implere ſacrā
mentum. q̃ʒ permanere in ſtupro.
Hec ibi. Et xxij· queſtione quarta
dicit beda. Non eſt ſeruandum ſi a
liquid forte nos incautius iurare ꝯ
tingat quod obſeruatum peiorem
vergat in exitum. libere illud ſalu=
briori conſilium mutandum noue=
rimus· ac magis inſtante neceſſita
te peierandum nobis· q̃ʒ pro vitā=
do periurio in aliud crimen graui=
us eē vertendum. Hec ille· Vbi ca=
uendum eſt caute quid interdum
hō promittit· ⁊ ad quid ſe obligat
ꝑ iuramentū vn̄ poſſit ſequi ſcan
dalum vel dampnū· quia in tali ca

ſu peccat iurando ⁊ peccat ſeruan·
do Ideo yſidorus dicit· vt pʒ· xxij.
q· tercia. In male ꝓmiſſis reſcinde
fidem ⁊ in turpi voto muta decre=
tum· Quod in caute vouiſti ne faci
as. īpia eſt promiſſio q̄ in ſcelere
adīpletur· Hec ille· Hec enim exem
plo patere pn̄t Nam dauid iurauit
ꝑ deum occidere nabal virum ſtul=
tum et īpium atqʒ oīa que ad eum
pertinebant demoliri. Sed ad ꝓmā
intercellionem abigail femine pru
dentis mox remiſit iniurias reuoca
uit enſem. neqʒ aliquā culpaʒ ſe ꝑ
tali periurio ꝯmiſiſſe doluit· vt pa
tet in libro regum· ¶ Secundo req̄=
ritur ad veritatem iuramenti iudi=
cium id eſt ſecreta examinatio eius
quod ꝓmitti debet vt ſit ſcd̄m vti=
litatem aut neceſſitatē· Et ideo q̄s
non debet iurare aliquid quod poſ=
ſit peruenire in dapnum ſui vel
proximi. vel quod poteſt vergere
indeterius. exemplum primi vt ſi
quis iuraret nunq̃ʒ ſe ingreſſuruʒ
religionē· vel nunq̃ʒ effici clericus.
vel ſimilia. in quibus caſibus pec
cat iurando· quia ponit obicē ſpi=
ritui ſancto· et ideo melius eſt non
implere Ideo dicit yſidorus· vt po
nitur viceſima ſecunde queſtio=
ne quarta. Si quis auſus fuerit vt
diffiniat agere aliquid eorum que
non placent deo penitentiam agat
et quod contra mandatum domi=
ni ſtatutum eſt irritum reuocetur.
Hec ille Exemplum ſecundi ſcilicʒ
quando iuramentum poteſt vergi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

in deteriuz · hoc ẽ quando aliquod
de nouo cauetur malum quod fuit
impremeditatum · ſicut iurando
ſeruare homini quod peteret et ille
pertinet iniuſtum . Sicut herodes
male iurauit promittẽdo ſe daturũ
puelle ſaltanti quicquid peteret et
petijt caput iohannis baptiſte. in q̇
bus iuramentis ſemper debet eſſe
intentio· vt intelligatur cum debi-
ta conditione. videlicet ſi peteret ali
quod licitum et hoc vocatur iudici-
um· ¶ Tercio requiritur ad verita-
tem iuramenti veritas . ſcilicet ꝙ
iuretur verum ⁊ non falſum· quia
iurare falſum ſemper eſt peccatum
mortale· vt ponit ſanctus doctor v
bi ſupra qꝛ importat quendam cõ-
temptum dei. nec excuſatur a peccato
mortali etiam ſi quis iocoſe periu-
rat· quia non deuitat diuinam irre
uerentiaꝫ ſicut patet viceſima ſecũ
da queſtione quarta · vbi dicitur .
Neceſſe eſt vt male iurans dignam
penitentiam agat eo qꝛ nomen do-
minini contra preceptuꝫ illius ſũp
ſit in vanum. quia in exodo ſcrip-
tum eſt. Neqꝫ enim in ſortem habe
bit eum dominus qui aſſũpſit no-
men dei ſui fruſtra. Hec ibi· Et hoc
de ſecũdo pꝛincipali ¶ Circa terciũ
principale · ſcilicet falſitatem iura-
menti que nichil aliud eſt q̃ꝫ periu
rium. Dico qꝛ ſemper committitur
periurium quando deeſt in iuramẽ
to aliquod trium prenominatoruꝫ
Et primo quando deeſt veritas q̄
deficere poteſt in iuramento dupli-
citer ¶ Prima quando iurans cre-
dit eſſe falſuꝫ quod iurat· ⁊ tunc ſẽ-
per peccat. mortaliter · ratio eſt q̄a
iurat cum intentione decipiendi.
Secundo quando iurans iurat fal-
ſum credens illud eſſe verum· ⁊ i
hoc caſu ſi appoſuit debitam diligẽ
tiam non eſt ꝑiuriꝰ vt ponit augꝰ
in enchiridi· ⁊ ponitur. xxij· q. ij· v-
bi dicitur Is autem qui mentitur ꝯ
tra id quod animo ſentit . loquitur
voluntate fallendi Et vtiqꝫ verba
propria ſunt inſtituta· non vt ꝑ ea
homines ſe inuicem fallant· ſed vt
eis quiſqꝫ in alterius noticiam co-
gitationes ſuas pferat. Verbis er-
go vti ad fallaciã non ad quod ſũt
inſtituta peccatum eſt· Nec ideo vl
lum mendacium putandum eſt nõ
eſſe peccatum. quia poſſumus ali-
quando alicui prodeſſe mentiendo
poſſumus enim ⁊ furando prodeſ-
ſe ſi pauper cui palam datur ſen-
tit commodum et diues cui clã tol-
litur non ſentit incommodum. nec
ideo tale furtum quiſq̃ꝫ dixerit pec
catum non eſſe. Et infra Nemo mẽ
tiens iudicandus ẽ q̇ dicit falſũ qḋ
putat verum· qꝛ quantum in ipſo
eſt non fallit ipſe. ſꝫ fallitur Hec il-
le In quibus verbis beatus augꝰ ·
declarat quō cõmittitur periuriuꝫ
et quō non· qñ deeſt veritas ¶ Secũ
do cõmittitur ꝑiuriuꝫ quia deẽ iuſ-
titia· quia quicunqꝫ iurat illicitum
ipſo facto falſitatẽ incurrit et obli-
gatꝰ eſt ad contrarium faciendum.
nec poteſt fieri ſine peccato · Et hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

cadit error vulgi communis· quia
ſiue bonuz ſiue malum·ſiue licite.
ſiue illicite iurent·credunt ad illud
obſeruandum obligari. non conſi-
derantes quia nemo poteſt obliga
ri ad malum faciendum ymmo q̄-
libet eſt obligatus ad ipſum fugiē-
dum Iuxta illud propheticum De-
clina a malo et fac bonum. Tercō
committitur periurium quando
deeſt iudicium·Hoc eſt cum quis ī
diſcrete iurat ⁊ non diſcernit ſi eſt
vtile vel dampnoſum·ſicut cum
mulier iurat. ꝙ non comedet per
vnam ſeptimanam ⁊ ſimilia· Et
hoc periurium eſt graue peccatum
vt ponitur viceſimaſecunda queſti
one prima·Predicādum eſt etiam
vt periuriuz fideles caueant. ⁊ ab
hoc ſummopere abſtineant· ſcien-
tes hoc grande ſcelus eſſe et in le-
ge a prophetis et in euangelio pro-
hibitum. Hec ibi. Et huius gra-
uis peccati ponitur pena ioſue ſex
to vbi dicitur. Quod ciues ciuita-
tis ierico fuerunt infideles deo. et
quod iurauerunt ſeruare noluerūt
Idcirco precepit ioſue dominus·
vt euerteret totam illam ciuitatem
et ōnia igni traderentur quod ⁊ fac
tum eſt Ideo zacharie ſexto dicitur
Veniet ad domum iurantis in no
mine meo mendaciter et conſumet
eam. et lingua eius et lapides eius
Et hoc ſatis de tertio principali·

¶ Dominica in paſſione:
Sermo de humilitate·

Per proprium ſanguinez
ſemel introiuit in ſancta
eterna redemptione inuē
ta. Ad hebreos·nono ca-
pitulo·Heri locuti fuimus de iura
mento et periurio quod fit circa bo
na temporalia acquirenda indebi-
te Hodie conſiderans ꝙ iſta bona
temporalia cauſant et generant in
hominibus ſuperbiam. vt dicit au
guſtinus· Vermis diuitiarum ē
ſuperbia·difficile eſt vt non ſit ſuꝑ
bus qui diues eſt et fugat humili-
tatem·Hinc eſt ꝙ de humilitate lo
quar hodie oſtendens quantum dō
placeat. et quomodo ad eternam be
atitudinem perducat et per conſe-
quens quantum ſuperbia deo diſ-
pliceat Pro cuius principio datur
iſta concluſio·ſicut ſuperbia eſt in-
icium omnis peccati·vt dicitur ec-
cleſiaſtici: x·Ita humilitas eſt prin
cipium omnium virtutum.

A

¶ Prima pars patet ſecunda ſecū-
de queſtione·clxi. quoniam in om-
ni peccato eſt auerſio a ſummo bo
no. ſed auerſio a ſummo bono eſt
ſuperbia·ergo omnis peccati ſuper
bia eſt principium·ideo dicit grego
rius xxxi·moralium Radix quip
pe cuncti mali et regina omnium
viciorum ſuperbia eſt·de qua ſcrip
tura atteſtante dicitur inicium om
nis peccati ſuperbia. ¶ Sep-
tem principalia vicia de ſuperbie
virulenta radice proferuntur ſcili-
cet inanis gloria·inuidie. ira· triſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ticia·auaritia · ventris in gluuies
et luxuria. Hec ille· B
¶ Secunda pars patet auctoritate
auguſtini de verbis domini q̄ dicit
¶ Cogita magnam fabricam erigere
celſitudinis prius cogita de funda-
mento humilitatis · totius enim
ſpiritualis edificij fundamentum
eſt ſancta humilitas. ſuper qua cō-
ſtrui et erigi debet omnium virtu-
tum edificiuz ſpirituale·qua ſemo-
ta et ſublata etiam coadunante ⁊ cō
gregate omnes virtutes ruunt·⁊ q̄
ſi puluis ante faciem venti diſſipā
tur et diſperguntur ·Confirmante
gregorio qui dicit·Qui ſine humi-
litate virtutes congregat in ventū
puluerem portat · et vnde aliquid
ferre credit inde deterius cecatur ·
Hec ille · Ideo ſapiens architector
dominus ihesus xpriſtus volens
in animabus diſcipulorum et fide-
lium ac deuotorum xpriſtianorum
ſtructuram et edificium ſanctaruz
virtutum erigere. quibus ad vitaz
eternam peruenire poſſint·et exem
plo et verbo. indutus ſeruili habi-
tu·et abiectus huius ſeruli cunctis
honoribus et dignitatibus· factus
obprobrium hominum ⁊ abiectio
plebis. ad hanc ſanctiſſimam vir-
tutem et omnibus hominibus ſū-
me neceſſariam nos īuitat dicens.
Ma·xi. Diſcite a me quia mitis ſū
⁊ humilis corde · Que verba expo-
nens auguſtinus dicit · Putabas
orte ſapientiam dei dicturam Diſ
cite quomodo celum feci ⁊ aſtra q̄-
modo creator ſū nō ſed potius illō
quoniam mitis ſuz·et humilis cor
de· Vis capere celſitudinem dei ca-
pe prius humilitatem·hec ille. Hic
eſt q̄ in epiſtola dicitur q̄ per pprī
um ſanguinem ſemel introiuit in
ſancta eterna redemptione inuēta·
Et in euangelio. ſuſcepit multas
iniurias. humiliter ſuſtinuit Et tan
dem volentes ipſum iudei lapidare
abſcondit ſe ⁊ exiuit de templo Dic
hiſtorias ſi placet· ¶ Circa iſtam
humilitatem tria notabimus ·
¶ Primo diffinitionem·
¶ Scdo commendationem·
¶ Tercio graduitatem·
·C
¶ Circa primum principale varij
doctores differenter diffiniunt hu-
militatem . Et primo aug⁹. deſcri-
bit eam hijs verbis Humilitas eſt
ex ītuitu proprie conditiōis ī ſui cō
ditoris notitia mentis inclinatio ī
ſuo ordinabili ad ſuum conditorē
Humilitas eſt velut quedam men
tis ī curuatio ſeu genuflexio coraz
deo eū ſq venerans Hanc ppriam
conditionē intuebatur abrahā gen̄
xviij capitulo dū diceret loquar ad
deū cū ſim puluis et cinis· Et iob
xvij·capitulo · Putredini dixi pať
meus es mater mea. ⁊ ſoror mea ō
mibus Ideo michee vi· ſcribitur ·
Humiliatio tua ī manu tua. Et de
bet eſſe reſpectu conditoris ſui in q̊
null⁹ eſt defectus· Vn̄ in cōparatiō
ne ei⁹ magis apparent defc̄us nrī
atteſtante iob viceſimo vi. q̄ dicit·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Stelle non ſunt munde in conſpec
tu eius · quanto magis homo putre
do et filijs hominis vermis · Et be-
atus gregorius · Sepe iuſticia noſ-
tra ad examē diuine iuſticie deduc-
ta iniuſticia eſt et ſordet in diſtricti-
one iudicis quod fulget in eſtima-
tione operantis Et beatus bernar-
dus. Nunq̄ȝ ſe melius deprehendit
modus humane imperfectionis q̄ȝ
in lumine vultus dei ī ſpeculo di-
uine viſionis · Hec ille. Ex quibus
verbis predictis apparet humilita
tem ipſam ſemper conſiſtere in ſui
vilipenſione · quia ſicut palea locū
ſupremum tenet non ſui nobilita-
te · ſed vento et ſui vanitate Granū
vero quod precioſum eſt tenet lo-
cum infimum . Sic ſuperbia vilis
elationis opinione vel ambitionis
preſumptione ſuper alios ſe extol-
lit Humilitas vero remanet in in-
fimo loco . Hoc enim figuraliter
manifeſtum eſt per lucam euange-
liſtaȝ decimonono capitulo de pha
riſeo et publicano · quorum phariſe
us voluit preſuperbia et ambitio-
ne ſuper alios ſtare dicens · Grati-
as tibi domine ago. quia non ſum
ſicut ceteri hominum raptores · in-
iuſti · adulteri velut hic publican⁹
ieiuno bis in ſabato . decimas do
omnium que poſſideo . Publica-
nus vero nec audebat oculos ad ce
lum leuare ſed reſpiciens ad terraȝ
cognoſcens propriam conditioneȝ
ſuam et ſe eſſe in multis defectuo-
ſum reſpectu conditoris ſui · percu-
tiebat pectus ſuum · ſuam humili
tatem oſtendens dicens Deus pro
picius eſto michi peccatori · Et ſeq̄
tur ꝙ phariſeo in ſua ambitione
permanente publicanus deſcendit
iuſtificatus ab illo · Unde homo ſē
per debet tria conſiderare . ſecun-
dum bernardum ſcilicet Quid ſit .
Quis ſit · qualis ſit .

. D

Quid ſit ſcilicet in natura . quia
rationale et mortale eſt · Rationa-
le vt conſideret creatoreȝ ſuum per
fectiſſimum . et ſe ipſum in perfec
tiſſimum . mortale vt fugata hui⁹
ſeculi ambitione ſe humiliet · ſci-
ens ſe non poſſe morti reſiſtere · q̄s
ſit ſilicȝ in perſona quia cibus ver
mium eſt . qualis ſit ſcilicet in mo-
ribus. quia in omnibus defectuo-
ſus · Bernardus vero in libro de
duodecim gradibus humilitatis e
am ſic deſcribit : Humilitas eſt
virtus qua homo veriſſima ſui cg
nitione habita . ſibi ipſi vileſcit .
Et ſanctus doctor ſecunda ſecunde
queſtione viceſima ſexta articulo
quarto eam ſic diffinit . Humili
tas nichil aliud eſt · q̄ȝ quedam mo
deratio ſeu refrenatio ſpiritus ſeu
motus in magna tendentis. Effre
nis enim appetitus hominis ſem-
per ſperat attendit in magna · cui
appetitus ne nimis in altum ten-
dens tanto periculoſius ruat · quā
to voluerit altius intendere . impo
nende ſunt habēde humilitatis · ne
ipſum nimis alte volare ſinat ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Et ita humilitas eſt quaſi frenum
appetitus tendentis in magna et
volentis ſe in altum leuare· Sicut
enim manſuetudo reprimit motū
ire et continentia motum luxurie.
ſic et humilitas motuꝫ ſpei tenden
tis in magna Et hoc intellexit ariſ
to· quarto eticorum. vbi dicit ꝙ hiis
qui in ꝑuis ſecundum ſuum modū
non eſt magnanimus ſed tempera
tus id ē humilis ſecundum noſtrū
modum loquēdi Greci enim humi
lem temperatum ſiue moderatum
vocant Quemadmodum origenes
dicit ſuper lucam loquens de humi
litate· Si vis nomen huius audire
virtutis· quomodo a prophetis ap
pelletur auſculta eandem eſſe hu-
militatem quam reſpicit deus que
ab illis metodis dicitur idem men
ſuratio ſiue moderatio. Moderatꝰ
namqꝫ appetitus conſiderando de
fectus naturales et acquiſitos Na
turales quia ex ignobiliſſimis ele-
mentorum conſtat· et quod ꝑ gene
rationem eductus eſt que prouenit
ex humani ſeminis feditate· pro q̃
dictum ē· Homo putredo et filius
hominis vermis Item ꝙ ē fumus
quod aduratione m. et ꝙ finaliter
in putredinem ē reſoluendus Vnde
ꝓpheta in pſalmo Miſer factus ſū
et curuatus ſum vſqꝫ in finem to-
ta die contriſtatus ingrediebar Itē
conſideret defectus acquiſitos ſine
quibꝰ nemo hominum reperitur.
Vnde pſalmiſta dicit Quoniam lū
bi mei impleti ſunt illuſionibus et
non eſt ſanitas in carne mea· Hiis
enim refrenatur appetitus ne ten-
dat in alta· ¶ Nec ſunt iſte predicte
diffinitiones differentes quoniam
diffinitio beati auguſtini vult· qꝰ
homo debet conſiderare naturam
ſuam· qua conſiderata humiliet᷑
et refrenetur eius appetitus. Et dif
finitio beati thome idem dicit ꝑm-
mo priorem diffinitionem declarat
vt manifeſtum eſt ex hiis que dicta
ſunt. ¶ Aduertendum tamen qꝰ
hominis humiliatio ſeu refrenatio
eius appetitꝰ poteſt ex duplici cā
procedē· ſcilicet a cā extrīſeca et a cau
ſa intrinſeca· Si a cauſa extrinſeca
tunc non eſt virtus ſed pena. puta
cum aliquis ab aliquo ſuperiori
ſeu domino deicitur. Et ad hoc ꝓ-
poſitum ſcribitur· eccleſiaſtici vice
ſimo nono capitulo· Eſt qui nequi
ter ſe humiliat· Et in pſalmo pro-
pheta· Humiliauerunt in compe-
dibus pedes eius Si a cauſa extrin
ſeca tunc eſt virtus· puta cum ali-
quis conſiderans ſuum defectum
tenet ſe in infimis ſecundum ſuuꝫ
modum· ſicut abraham dixit ad
dominum. Loquar ad domi-
num meū cum ſim puluis et cinis

·E·

Hec enim virtus ipſi homini
valde neceſſaria eſt. quia pluri-
bus rebus proficua eſt· Et pri-
mo valet ad virtutum conſerua-
tionem· dicente beato gregorio in
dialogo. Deus in perfectis dimit-
tit aliquos defectus vt ex illis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

accipiant occaſionem humilitatis ad virtutem cuſtodiendam· Et po-nit figuram quandam · de filijs iſ-rahel qui de bellatis chananeis qui ipſis fortiores erant non potuerūt expugnare ipſos philiſteos et ſupe-rare qui erant infirmiores · vt ad-uerterunt cananeos quos vicerant non pro ſuis proprijs viribus ſu-peraſſe ac viciſſe· ¶ Secundo valet hec virtus predicta ad ipſa-rum virtutum infuſionem. Ipſa e-nim inflationem mentis noſtre e-uacuat a ſuperbia que impedit in-greſſum virtutum et actionem gra-ciarum . Jacobi quarto· Superbis de⁹ reſiſtit . humilibus dat gratiā Tercio valet ad orationis impetra-tionem· eccleſiaſtici decimotercio · Oratio humiliantis ſe penetrat ce-lum ¶ Quarto valet ad iram reſ-tringendam. Nichil enim ita ire ī-petum cohibet ſicut humilitas · aut verbis placidis reſpondere aut ta-cere· quia ſcribitur · Verba ligant homines taurorum cornua funes · Quinto valet ad exaltationem Vn-de lucas decimo octauo· Qui ſe hu-milat exaltabitur· Patuit de pub-licano · ¶ Sexto valet ad diuinaꝫ placationē ſicut figuraliter ex ſcrip-turis habetur de ezechia rege · qui humiliatus flens voluit ſe ad pari-etem et placauit deum · Vnde vite ſue adiuncti ſunt quindecim anni vt patet yſaie triceſimo octauo ·

¶ Septimo valet ad religionis cō-ſeruationem· Hanc enim profiten-tur religioſi omnes · ⁊ hanc requirīt omnes partes noſtri veteres Ter-cio valet ad peccatorum dimiſſio-nem Vnde criſoſtomus. Si mixta delictis humilitas tam facile curat vt iuſtiam ſuperbie conuictam tranſeat ſi iuſtīem coniunxerit eaꝫ quo non ibit aſiſtet ipſi tribunali diuino in medio angelorum · Vt er-go xpriſtus hanc obſeruaret volu-it per proprium ſanguinē introi-re in ſancta· eterna redemptione in-uenta · Et hoc ſatis de primo pn-cipali ·

¶ Circa ſecundum principale ſcili-cet commendationem humilitatis Sacri doctores ponūt quatuor que facere videntur ad ipſius commen-dationem Et prima eſt ad monitio quam ſacra ſcriptura facit de ipſa· Nam eccleſiaſtici tercio. quāto ma-ior es in omnibus humilia teipſū Et notanter dicit. quanto maior es quia melius ſedꝫ humilitas in ma-ioribus q̄ꝫ in minoribus atteſtante bernardo in libro de conſideratione qui dicit. Cum omni indifferenter perſone humilitas ſit quedam tur-ris fortitudinis a facie inimici· neſ-cio quo pacto tamen vis eius ma-ior in maioribus et in clarioribus clarior comprobatur. nulla ſplendi-dior gemma in omnes precipue or-natu ſummi pontificis : Hec ille . Hinc eſt q⁹ de beato martio legitur q⁹ poſtq̄ꝫ factus fuiſſet archiepiſco-pus turonenſis idem conſtantiſſi-me perſeuerabat· qui prius fuerat

Eadem in corde humilitas eadem
in veſtitu vilitas fuit. atq; ita im-
plebat epiſcopi dignitatem. vt pro
poſitum monachi non deſeret Et i
deo bernardus ad eugenium. Sa-
lubris copula. vt cogitans te ſum
mum pontificem attendas te pari
ter viliſſimum cinerem non fuiſſe
ſ; eē Hec ille Et. xix. di. q' huīlitas
in prelatis eſt commendabilis. q̄a
nichil fulget in epiſcopali ordine
ſplendidius q̄z humilitas. Et hui'
cauſa eſt quia boni paſtores poti'
per humilitatis manſuetudinē ſtu
dent peccantes reuocare q̄z per au-
ſteritatem in foueā perditionis p-
pellere. ſicut patz diſtinctione xlv.
Hic cadit exemplum de rege cippo
quod ponit valerius in ſexto. Qui
veniens romam ſenſit orta fuiſſe
cornua in capite eius. et petens aſ-
trologū noīe rages q̄d ſibi hoc ſig-
nificare vellet. Reſpondit q' q̄z pri
mum eſſet rome efficeretur impera
tor et omnes qui ex eius ſtirpe pro
dirent in perpetuum quia fata ſic
volebant et diſponebant. quod ille
propter humilitatem omnino ren-
nuit. Vnde ouidius decima quinta
methamorphoſeos in eius laudem
et memoriam hec carmina ponit.
Rex ait o ſalue tibi enī tibi quip-
pe tuiſq;. Hic locus et latie pare-
bunt cornibus arces. Tu modo rū
pe moras portuſq; intrare paten-
tes. Appara ſic fata iubent namq;
vrbe receptus Rex eris et ſeptra tu
tus pociere perhenni Retulit ille pe
dem toruamq; a menibus vrbem
Auertens faciem procul ha procul
omnia dixit Talia dij pellant mul
toq; ego iuſtius euum. Exulagam
q̄z me videant capitolia regem Hec
ibi. ¶ Secundum autem commē-
dans humilitatem ſunt exempla et
maxime exemplum xpriſti. quod p̄
cipuum eſt īter cetera quia humi-
limus fuit. Vnde beatus auguſti-
nus Ambula poſt xpriſti humilita
tem vt venias ad eternam patriā
deus xp̄s patria quo imus. homo
chriſtus via eſt qua imus. Ad illū
imus per illum imus. quid time-
mus ne erremus. Hec ille. Nā xp̄s
ſuo exemplo docuit humilitatem.
¶ G quatuor modis ſcz naſcen
do. predicando miracula faciendo
et moriendo.
¶ Et primo naſcendo quia ex dō
homo natus eſt. ex domino ſeruus.
ex creatore creatura. Vnde dicit bea
tus auguſtinus. Medicina tumo-
ris humani eſt humilitas chriſti.
erubeſcat homo eſſe ſuperb' quia
humilis factus eſt deus. erubeſcat
hō miles ſedere in ſcāpno ſi uideat
regē ſedentē ad terrā Et bernardus
ſic dicit. Quid magis ad mirandū
Quid amplius deteſtandū? Quid
grauius puniendum q̄z videns dī
filium ſummum in regno angelo-
rum nouiſſimum factum in regno
huminum. Apponat adhuc mag-
nificare ſe homo ſuper terram Hec
ille. ¶ Secundo dedit exem-
plum predicando. dixit enim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Diſcite a me quia mitis ſum et hu
milis corde. Que verba exponens
beatus auguſtinus in libro de vir=
ginitate dicit. Non dicit. diſcite a
me mundum fabricare. aut mortu
os ſuſcitare ſed quia mitis ſum et
humilis corde. O doctrinam ſalu=
tarem o magnum donum mortali=
um. quibus mors poculo ſuperbie
propinata atqꝫ tranſfuſa eſt. Nolu
it docere quod ipſe non eſſet. noluit
iubere quod ipſe non faceret.
Tertio miracula faciendo Nam dū
ſe transfiguravit precepit diſcipul
ne alicui dicerent viſionem illam
ratione humiliatis. Quarto mo=
riendo. quia exinaniuit ſemetipſuꝫ
formam ſerui accipiens factus obe
diens prī vſqꝫ ad mortem. in q̄ cuꝫ
iniquis deputatus eſt. iō dicit xp̄s
iohannis decimo tertio. Exemplū
enim dedi vobis. vt quemadmoð
ego feci ita et vos faciatis Et prop
ter hoc dicit ipſe mathei viceſimo.
Venit filius hominis miniſtrare.
et nō miniſtrari. ꝑpt' hoc dicit aug.
Quid igitur intumeſcis homo. o
pellis morticina. in quid tenderis.
o inſanies feda quid inflaris. prin=
ceps tuus humilis eſt. tu vero ſup
bus. Hec ille.

Tercium autem commendans
humilitatem eſt diuina complacen
tia. Nam canticorum primo ſcribi
tur. Cum autem eſſet rex in accu=
bitu ſuo nardus mea dedit odorem
ſuum. Nā nardus propter ſui par=
uitatem humilitatem ſignificat. et
ſicut ſpecies aromatice cum in pul
uerem rediguntur vehementer re=
dolent. ſic etiam bona hominis cū
per humilitatem quaſi comminu=
ta fuerint deo ſunt gratiora et iero
nimus ponit exemplum de ſancto
paulo qui quanto plus ſe deiicie=
bat tanto magis a chriſto ſubleua=
batur Unde dicit beatus bernardꝰ
quod eſt inquit ꝙ ſola ab āgelo vi=
detur commendari humilitas? et
reſpondit Forte ſpecialius commē
dat angelus humilitatem. quia ru=
entibus ceteris per ſuperbiā ipſe ī
humilitate ſtetiſſet. aut certe prop=
terea celitus nunciatur humilitas
quia eſt q̄ſi ꝓpria virtus diuine ex
hibēda maieſtati ꝓpterea hūilitas
dō ē fideliſſima. bona enim dei nō
vſurpat ſibi Hec ille ibi Quartū
commendans humilitatem eſt pro
ficuitas humana. de qua dictuꝫ eſt
in prima parte ſermonis huius.
quia ad multa valet. Et hoc ſatis
de ſecundo principali.

h

Circa tercium principale ponit
ſanctus thomas doctor. ſecunda ſe
cunde queſtione centeſima ſexageſi
ma ſecunda. vnam ſcalam humili=
tatis habentem gradus. xii. quem
etiam ponit beatus benedictus in
r̄gula ſua. quam aſcendentes xpriſ
tiani cum duodecim apoſtolis deū
videbunt per eſſentiam in patria.
habentes illam coronam duodecim
ſtellarum in capite de qua fit men=
tio apocalipſis viceſimo primo.

¶ Et primus gradus ſcale humilita-
tis eſt corde et corpore humilitatez
oſtendere defixis in terram oculis.
iuxta illud. Domine non eſt exalta
tum cor meum neqꝫ elati ſunt ocu
li mei. quia elatio oculorum ad ſu-
perbiam deducit et maxime vt at-
teſtatur ſalomon a deo odio habe-
tur. quia ſex ſunt que odit deus et
ſeptimum deteſtatur anima eius
ſcilicet oculos ſublimes. linguam
mendacem. manus effundentes ſā
guinem innoxium. cor machinans
cogitationes peſſimas. pedes velo
ces ad currendum in malum. pro-
ferentem mendacia teſtem fallacez
et eum qui ſeminat inter fratres
diſcordias. Hanc humilitatem legi
mus habuiſſe beatum bernardum
de quo ſcribitur. ꝙ ſtetit in monaſ
terio quodam. in quo erat quedam
feneſtra ante quam cottidie tranſi-
bat et pluribus annis ratione deꝑſ
ſionis oculorum eam nunq̄ꝫ conſi-
derando viderat.

¶ Secundus gradus ſcale humi
litatis eſt pauca et rationabilia ver
ba loqui ita ꝙ in ſermonibus mur
mur non reſonet. non querimonia
ſed corde tacito mens bene conſia
conſeruet patientiam. Hanc legi-
mus habuiſſe dominum noſtrum
ieſum criſtum ante pilatum. qui
cum aliqua neceſſaria et pauca lo-
cutus fuiſſet. et poſtea a pilato de
pluribus alijs rebus obprobrio-
ſis peteretur ſiluit et nō reſpondit
ei verbum. Ideo dicit de ipſius taci

turnitate. Yſay. ꝙ tanq̄ꝫ ouis ad
occiſionē ducꝰ ē et n̄ aperuit os ſu
uꝫ ¶ Terciꝰ gradus ſcale humili-
tatis eſt difficultas ad riſum. nam
facilitas riſꝰ arguit in homine ſtul
ticiam. quia in prouerbijs ſalomō
dicit. ꝙ riſus habundat in ore ſtul-
torum. et ſtulti humiles eſſe nō poſ
ſunt. niſi ex pena. quia non poſſūt
refrenare ſuos appetitus. et humi-
litas nichil aliud eſt niſi refrenatio
appetitus. Hanc humilitatem legi
mus habuiſſe lazarum qui poſtq̄ꝫ
reſurrexit nunq̄ꝫ amplius riſiſſe a
quo q̄ꝫ viſus eſt.

¶ Quartus gradus ſcale humili
tatis eſt taciturnitas vſqꝫ ad inter
rogationem Qui enim ſe in animo
ſuo peruipendit et cognoſcit defec-
tus ſuos non debet multum in ver
bis habundare. et ſpecialiter. vn-
de poſſit reputari prudens et ſapi-
ens. Hanc humilitatem legimus
habuiſſe beatum thomam de aqui-
no qui bos mutus vocabitur ī ſco
lis alberti magni. ¶ Quintus ḡ-
dus ſcale humilitatis eſt omnia in
communi habere. ſi eſt religioſus
in monaſterio. ſi ſecularis ī repub
lica. Inter religioſos legimus bea-
tos franciſcum et dominicum om-
nia in communi poſuiſſe. ¶ Inter
ſeculares legimus in hyſtorijs ro-
māis de pluribꝰ ꝗ ꝑ r̄publica oīa
ſua poſuerunt. ¶ Sextus ſcilicet
gradus ſcale humilitatis eſt crede-
re ⁊ pronunciare ſe alijs viliorē abſ
qꝫ fictione Vnde beatus auguſtinꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

Exiſtimate aliquos ĩ occulto ſupe
riores quibus in manifeſto eſtis
meliores Sicut exemplariter patet
de beato ſtephano et paulo· quoruz
ſtephan⁹ erat pro tunc melior ma=
nifeſte Paulus vero pro tunc iniq̃=
or. et tamen in mente diuina paul⁹
erat ſtephano ſuperior ¶ Septim⁹
ſcilicet gradus ſcale humilitatis ē
ad omnia ſe indignum et inutilez
confiteri· et non querere primos re
cubitus ſicut fecerunt phariſei·
Hanc legimus habuiſſe beatū gre=
gorium qui cum eligeretur in ſum
mum pontificem reputans ſe in=
dignum aufugit· Et de pluribus a
liis ſanctis qui honores ad quos e
ligebantur fugiebant ¶ Octauus
gradus ſcale humilitatis eſt confeſ
ſio peccatorum· iuxta illud Cum ō
nia bene feceritis dicite· quia ſerui ĩ
utiles ſumus Hanc legimus habu
iſſe petrum in naui dum dixit xp̄o
Exi a me domine. quia homo pec=
cator ſum· Et centurionem· qui dix
it· Non ſum dignus vt intres ſub
tectum meum · ¶ Nonus grad⁹
ſcale humilitatis eſt obedientiam
in duris et in magnis patientiam
amplecti· Hanc legimus habuiſ=
ſe iob· dum perdidiſſz cuncta dixit
Dominus dedit dominus abſtulit
ſit nomen domini benedictum etc̃·
¶ Decimus ſcilicet gradus ſcale hu
militatis eſt vt cum obſ̄ia ſe ſubdat
maiori. in rebus tamen licitis ⁊ ho
neſtis· ſicut legimus feciſſe omnes
ſanctos monachos ⁊ religioſos et

de beato matheo qui ſecutus ē criſ=
tum ad ſuam vocationem. Vnde
dixit. ſequere me ¶ Vndecimus gra
dus ſcale humilitatis eſt voluntatē
propriam non implere. ſed ĩ mani
bus prelati aut ſui ſuperioris reliñ=
quere· Hanc habuit criſtus dum o=
rauit. quia non mea voluntas fiat
ſed tua. ¶ Duodecimus ſcilicet gra
dus ſcale humilitatis eſt deum ſēp
timere· quia ſicut dixit propheta da
uid in pſal· beatus vir qui timz do
minum Hanc habere docebat tho=
bias antiquior thobiam iuniorem
dum dicebat ¶ Time deum· caue
ne vnq̃z peccato conſentias. Hiis
enim duodecim gradibus peram=
bulatis facillime poterit haberi vi
ta eterna. vnde criſoſtomus. Quiſ
quis gradus proprie celſitudinis a
mat· humilitatis cultum in mori=
bus diligentiſſime teneat · Nam q̄
ab humilitatis operibus recedit a
dignitatis faſtigio tumoris ponde
re cadit Hec ille· Et hoc ſatis de ter
cio principali.

¶ Feria ſecunde. Sermo de iuſti
ficatione impii.

Conuerſi ſunt a via ſua
mala et miſertus eſt po=
pulo ſuo dominus deus
noſter· Ione tercio capitulo. Heri
locuti ſumus de humilitate que eſt
ſcala ad vitam eternam progredi=
ens. Hodie conſiderans q̄ princi=
pium infuſionis gratie ex parte ho
minis eſt humilitas mentis ratio=
ne diſpoſitionis ex p̄te ſuſcipiētis·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

determinaui loqui in hoc ſermone de iuſtificatione impij et quomodo peccatoribus deus peccata relinq̄t gratiam infundendo. Pro cuius principio datur iſte cõcluſio ꝙ iuſtificatio impij eſt opus maximum non tamen miraculoſum. A

¶ Huius concluſionis prima pars declaratur a beato thoma prima ſecunde queſtione ducenteſima decima quarta. Quoniam iuſtificatio impij pertinet ad diuinam miſericordiam. ſed in p̄s ſcribitur Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. ergo eſt opus maximum. Preterea in collecta dicitur. Deus qui omnipotentiā tuam parcendo maxime et miſerando manifeſtas Et auguſtinus ſuper illud iohannis xiiij Maiora horum faciet. dicit ꝙ maius opus eſt vt ex impio fiat iuſt9 q̄z creare celum et terram. Quā auctoritatem declarans ſanct9 doctor vbi ſupra dicit. ꝙ aliquid poteſt dici magnum dupliciter. Vno modo ex parte modi agendi et ſic maximum eſt opus creationis ī quo ex nichilo fit aliquid. Alio modo poteſt dici opus magnuz propt̄ magnitudinem eius quod fit. et ſecundum hoc maius opus eſt iuſtificatio impij que terminatur ad bonū eternuz diuine ꝑticipationis q̄z creatio celi et terre que terminatur ad bonum nature mutabil̄ et ideo beatus auguſtinus cum dixiſſet. ꝙ magis eſt vt ex impio fiat iuſt9 q̄z creare celum et terram ſubiungit. Celum enim et terra tranſibit. predeſtinatorum autem ſalus et iuſtificatio permanebit. Et iterum magnū poteſt dupliciter ſumi. Vno modo ſecundum quantitatem abſolutaz ⁊ hoc modo donum glorie maius ē q̄z donum gratie iuſtificantis impium. et ſecundum hoc glorificatio iuſtorū maius eſt quam iuſtificatio impij. Alio modo dicitur aliquid magnum quantitate proportionis ſicut dicitur mõs paruus et miliū magnum. et hoc modo donum gratie iuſtificantis impium eſt maius q̄z donum glorie beatificantis iuſtum. quia plus excedit donum gratie dignitatem impij qui erat dignus pena q̄z donum glorie dignitatem iuſti qui ex hoc ipſo ꝙ eſt iuſtificatus eſt dignus gloria Et ideo beatus auguſtinus dicit. Iudicet q̄ poteſt vtrum maius ſit iuſtos angelos creare q̄z impios iuſtificare. certe ſi equalis eſt vtrum q̄z potentie hoc maioris eſt miſericordie Hec ille ibi.

B

¶ Secunda pars concluſionis declaratur a beato thoma vbi ſupra. Quoniam in operibus miraculoſis tria cõſueuerunt inueniri. quorum vnum eſt ex parte agentis. q̄ a ſola diuina virtute fieri poſſunt. et ideo ſunt ſimpliciter miracula q̄ a habentia cauſam occultam. Et ſecundum hoc tam iuſtificatio impij q̄z creatio mundi. ⁊ vniuerſalit̄ omne opus quod a deo ſolo fieri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

poteſt miraculoſum dici poteſt Se
cundo inuenitur ꝙ forma inducta
ſit ſupra naturalem potentiam tal
materie. ſicut ĩ ſuſcitatione mortu
i vita eſt ſupra naturalem potentiã
talis corporis. Et quantum ad hoc
iuſtificatio impij non eſt miraculo
ſa. quia naturaliter eo ipſo ꝙ eſt
facta eſt ad ymaginem dei. capax
anima eſt dei per gratiam. vt dicit
beatus auguſtinus. Tercio inueni
tur preter ſolitum. et conſuetum or
dinem cauſandi effectum. ſicut cuȝ
aliquis infirmus ſanitatem conſe-
quitur ſubito perfectam preter ſoli
tum curſum ſanationis que fit a
natura vel arte. Et quantum ad h̄
iuſtificatio impij quandoqȝ eſt mi-
raculoſa. quandoqȝ non. Eſt enim
iſte communis curſus ⁊ conſuetus
iuſtificationis. vt deo mouente in-
terius animam homo conuertatur
ad deum noſtrum. Primo quidẽ
conuerſione imperfecta. vt poſtmo
dum ad perfectum deueniat. quia
caritas inchoata meretur augeri.
aucta meretur perfici. vt dicit au-
guſtinus. Qandoqȝ vero tam ve-
hementer deus animam mouet. vt
ſtatim quandam perfectionem iuſ
ticie aſſequatur. ſicut fuit in conuer
ſione pauli. hita eius miraculoſa
proſternatione. Et ideo conuerſio
pauli tanq̃ȝ miraculoſa in eccleſia
celebratur ſed hic modus vltim⁹ n̄
eſt ita conſuetus. Et ideo dicitur in
epiſtola Cõuerſi ſunt a via ſua ma
la miſerc⁹ eſt populo ſuo domin⁹

deus noſter. Ex hoc quia eorum a-
nima ſuſceptibilis eſt gratie et iuſ-
tificationis. et per conſequens op⁹
illud non eſt miraculoſum. licet ta-
men ſit magnum vt dictum ē. In
euangelio etiam dicitur per xpiſtũ
Si quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat
quaſi dicat. quia potus iuſtificati-
onis datur ab ipſo Dic hiſtorias ſi
placet vtriuſqȝ.

¶ Circa hanc iuſtificationem tria
notabimus.

¶ Primo gratiam preuenientem.

¶ Secundo voluntatem cõſẽſcien-
tem.

¶ Tercio effectum conſequentem.

C

¶ Circa primuȝ principale ponit
ſanctus doctor in queſtionibus de
veritate in fine et prima ſecunde q̄ſ
tione centeſima decima quarta. ꝙ
ad iuſtificationem impij requirit
diuina gratia preueniens ſine qua
impius nullo modo iuſtificari po-
teſt. Et circa hoc tria videnda ſunt.
primo quis ē qui det iſtam gratiaȝ
ſecundo que ſit iſta gratia. tercio
quomõ eſt neceſſaria iſta gratia.

.D

¶ Circa primuȝ ponit ſanctus tho-
mas. doctor prima ſecunde queſtio
ne centeſima duodecima iſtam con
cluſionem ꝙ ſolus deus eſt ille qui
dat nobis gratiam ⁊ ꝙ nullus per
ſe ipſum poteſt mereri gratiam.
Qam probat per talem diſtinctio-
nem. quia poteſt homo conſiderari
ſecundum ſtatum innocentie ſue.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ve:bi gratia. ſicut fuit adam ante⸗
q̄z peccaret et ſic non poteſt mereri
gratiam. et ratio eſt. quia nichil a⸗
git vltra ſuam ſpeciem. Vnde ig⸗
nis nunq̄z poſſet frigefacere quia
nature ſue eſt calefacere. cum cauſa
ſemper ſit et eſſe debeat potior ſuo
effectu. ſed donum gratie excedit ō⸗
nem capacitatem humane nature
cum nichil aliud ſit niſi participa⸗
tio diuine nature que excedit omnē
aliam naturam· et ideo eſt impoſſi
bile q̄ aliqua creatura cauſet in a⸗
liquo gratiam Hinc dicit p̄s. grati
am et gloriam dabit dominus· Et
apoſtolus prima ad corin· ſecunda
Nec oculus vidit. nec auris audi⸗
uit. nec in cor hominis aſcendit· q̄
preparauit deus diligentib⁹ ſe Po
teſt ſecundo homo conſiderari ſecū
dum ſtatum peccati in quo ſtatu
minus poteſt mereri et cauſare gr̄⸗
tiam. quia vt ſcribitur adhebre. vi
ſtipendia peccati mors ē. ergo ne⸗
ceſſario dicere oz q̄ ſolus deus ē il⸗
le qui dat gratiam nobis· Et ſi dice
ret q̄ grām et veritas p̲ ihm̄ xp̄m
facta ē. vt dr̄ iohā. i. ⁊ xp̄s fuit ve⸗
rus hō ergo homo p̄t cauſare grati
am dicitur ſecundum damaſcenū
in tertia q̄ humanitas chriſti eſt ſi
cut quoddā organum diuinitatis
eius· inſtrumentum autem non a⸗
git actionem agētis principalis p̲⸗
pria virtute ſed virtute principal
agentis. et ideo humanitas criſti n̄
cāt gratiam virtute propria· ſed v̄⸗
tute diuinitatis adiuncte· ex qua ac
tiones humanitatis chriſti ſunt ſa
lutares. E

Et hanc gratiam dat deus maio
rem vni q̄z alteri· et iſta diuerſitas
maioritatis et minoritatis nō ē ex
p̲te obiecti ipſius gratie quia idem
obiectum eſt vtriuſqz· nec etiam ex
parte preparantis ſe ad gratiā ſuſ⸗
cipiendam. quia preparatio ad gra
tiam non eſt hominis niſi in quan
tum liberum arbitrium ei⁹ prepa
ratur a deo· Vnde cauſa huius di⸗
uerſitatis accipienda eſt ex ipſo dō
qui diuerſimode ſue gratie dona
diſpenſat ad hoc q̄ ex diuerſis gra
dibus pulchritudo et perfectio eccle
ſie conſurgat· ſicut etiam diuerſos
gradus rerum inſtituit vt eſſet per
fectum vniuerſum· vnde apoſtol⁹
ad ephe· quarto Vnicuiqz data ē gr̄
tia ſecundum menſuram donacō⸗
nis chriſti· et ſubiungit enumera⸗
tis diuerſis gratijs ad conſumma⸗
tionem ſanctorum ī edificationem
corporis· chriſti· Et ſi diceres quia
non preparat michi liberum arbi⸗
trium ſicut facit illi· dic ſicut habes
ī ſermone de predeſtinatione domi
nica ſecunda quadrageſime ī tercia
parte ſermonis·

Secundo videndū ē que ſit iſta
gratia· F

Dicit ſanctus doctor q̄ ē gra⸗
tia gratum faciens Et poteſt voca
ri gratia preueniens et ſubſequens
quia ſicut gratia diuiditur in ope⸗
rantem et cooperantem ſecun⸗
dum diuerſos effectus· ita etiam

diuiditur ⁊ in preuenientem et ſub
ſequente qualitercunqꝫ gracia acci
piatur. Sunt autem quinqꝫ effec
tus gratie in nobis. quorum pri⁹.
eſt vt anima ſanetur. ſecundus eſt
vt bonum velit. tercius eſt vt bo-
num quod vult efficaciter operet̄.
quartus eſt vt in bono perſeueret.
quintus eſt ut ad gloriam perueni-
at Et ideo gratia ſecundum ꝙ cau
ſat in nobis primum effectum vo-
catur preueniens reſpectu ſecundi
effectus. et prout cauſat in nobis
ſecundum effectum vocatur ſubſe-
quens reſpectu primi effectus. ⁊ ſic
vnus eſt poſterior vno effectu ⁊ pri
or altero. Ita gracia poteſt dici pre-
ueniens ⁊ ſubſequens eundem ef-
fectum reſpectu diuerſorum. Et h̄
eſt quod auguſtinus in libro. de na
tura et gratia dicit Gratia peruenit
vt ſanemur. ſubſequitur vt ſanati
vegetemur. preuenit ut vocemur.
ſubſequitur vt glorificemur In p̄s
etiam habetur. Miſericordia eius
preueniet me. ⁊ iterum. Miſericor-
dia eius ſubſequetur me.

.G

Tercio videndum eſt quomodo
iſta gratia neceſſaria eſt iuſtificatio
ni impij. ita ꝙ ſine ipſa impoſſibi
li ſit impium iuſtificari. Ad quod
declarandum ponit ſanctus doctor
ī quōnibus de veritate ꝙ tria ſūt
concomitantia ſeſe. ratione quorū
ſine gratia remiſſio peccatorum fi
eri non poteſt. ſcilicet auerſio. offē
ſa dei. ⁊ reatus. Auerſio nāqꝫ intel

ligitur a bono incommutabili q̄d
quis poterat habere ratione cuius
ſe impotentem fecit. alias auerſio
non eſſet culpabilis. Non ergo po-
teſt predicta auerſio amoueri niſi
fiat coniunctio ad bonum incom-
mutabile a quo homo per peccatū
diſceſſit Hec autem coniunctio nō
ē niſi per gratiam. per quam deus
mentes inhabitat. et mens ipſi deo
per amorem caritatis inheret. Vn-
de ad ſanandam predictam auerſio
nem requiritur gratie caritatis in-
fuſio. ſicut ad ſanationem cecitatiſ
requiritur reſtitutio potentie viſi-
ue Ideo apoſtolus ad ro. tercio. Iuſ
tificati gratis per gratiam ipſius.
Offenſa etiam que ex peccato ſequi
tur ſine gratia aboleri non poteſt.
ſiue accipiatur offenſa ex parte ho-
minis in quantuꝫ homo peccando
deum offendit. ſiue ex parte dei. ſe-
cundum ꝙ a peccatore eſt offenſus
ſecundum illud p̄s. Odiſti omnes
qui operantur iniquitatem Quicū
qꝫ enim rem aliq̄ꝫ digniorem īdig-
niori preponit. facit iniuriaꝫ dignio
ri. ⁊ tāto ām̄pli⁹ quāto res ē dignior
Quicunqꝫ enim in re temporali ſi
bi finem conſtituit mortaliter. pec-
cat. quia ex hoc ipſo quantum ad
effectum ſuum preponit creaturaꝫ
creatori. diligens plus creaturam
q̄ꝫ creatorem. Sed quia in infinitū
deus creaturam excedit erit pecca-
tum mortale contra deum infinita
offenſa. ex parte dignitatis eius cu
i per peccatum q̇dammodo īiuria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

fit. dum ipſe contemnitur et eius p̄
ceptum violatur Vnde ad hanc of-
fenſam abolendum non ſufficiunt
vires humane. ſed req̄ritur diuina
gratia. Reatus etiam peccati non
ſolum eſt obligatio ad penam ſen-
ſualem. ſed precipue ad penā dāp-
ni. que eſt carentia glorie. Vnde rea
tus non tollitur quamdiu non da-
tur homini. vnde poſſit ad glori-
am eternam peruenire. Hec autem
eſt gratia. quia iuxta apoſtolum
paulum gratia dei vita eterna. er-
go ſine gratia non poteſt homo iu-
ſtificari Hoc etiam tetigit pſalmus
dum dixit Spiritus vadens et non
rediens gloſa per ſe vadens in pec
catum et non rediens per ſe a pec-
cato. ergo. Et hoc ſatis de primo
principali.

¶ Circa ſecundum principale.
Conueniunt omnes ꝙ ad iuſtifica
tionem impij vltra gratiam preue
nientem ex parte dei requiritur con
ſenſus liberi arbitrij ex parte impij
in adultis. quia ſecus eſt in pueris
Et de hoc ponit ſanct⁹ doctor tres
rationes in queſtionibus de verita
te. Prima ſumitur ex habitudi-
ne agentis et patientis ad inuicem
Patet enim in corporalibus ꝙ ac-
tio non fit ſine aliquo contactu q̄
vel ſolum agens tangit patiens.
quando patiens non eſt natum
tangere agens. ſicut cum corpora
ſuperiora agunt in iſta inferiora tā
gentia ea et non tacta ab eis. Vel
mutuo ſe tangūt agens et patiēs

quando vtrumqꝫ natum eſt tange-
re et tangi. ſicut ignis tangit in a-
qua vel econuerſo. Vnde et in ſpi-
ritualibus quando natus eſt eſſe
mutuus contactus. non completur
accio ſine contactu mutuo. alioquī
ſufficit ꝙ agens tangat patiens.
Ipſe deus qui iuſtificat impiuꝫ tā-
git animam gratiam in ea cauſan-
do. Vnde et in p̄s dicitur. Tange
montes. gloſa ſcilicet gratia tua.
Mens autem humana quodam-
modo tangit deum cognoſcendo et
amando. Vnde et in adultis qui
poſſunt cognoſcere et amare requi
ritur aliquis vſus liberi arbitrij q̄
deum cognoſcant et ament. et iſta
eſt conuerſio ad deum. De qua di-
citur zacha. primo. Conuertimini
ad me et ego conuertar ad vos Pu
eri autem carentes vſu liberi arbi-
trij non poſſunt deum cognoſcere
et amare Vnde in eis ſufficit ad iuſ
tificationem ꝙ tangantur ab eo p̄
gratie infuſionem. Secunda rati
o ſumitur ex ipſa ratione iuſtifica-
tionis Iuſticia enim ſcd̄m ancelmū
in libro de virtute. Eſt rectitudo vo
luntatis propter ſe ſeruata. Vnde
iuſtificatio eſt quedam voluntatis
immutatio. voluntas autem acci-
pitur et pro ipſa potentia et pro ac
tu potentie. Actus autem potentie
voluntatis immutari non poteſt.
niſi ipſa cooperante. Si enim non
eſſet ab ipſa non eſſet actus eius.
Ipſa vero potentia voluntatis ſi-
ne ſua cooperacōne poteſt īmutari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

In adultis autez requiritur immu
tatio actus voluntatis ad iuſtifica-
tionem Sunt enim per actum vo-
luntatis ad aliquid inordinate cō-
uerſi · Que quidem conuerſio im-
mutari non poteſt niſi per actum ꝯ
trarie voluntatis · Et ideo ad iuſti-
ficationem adultorum actus liberi
arbitrij requiritur . Sed quoniam
deus neminem obligat ad impoſſi
bile Et quia pueri qui per origina
le peccatum amiſerunt iuſtitiam ī-
digent iuſtificatione quaz non poſ
ſunt conſequi per conuerſionē libe-
ri arbitrij ad deum · Ideo deus ex ſu
a infinita miſericordia ordinauit ꝙ
pueri q̄ n̄ hn̄t ꝑ actū volūtatis ꝓꝑ
e volūtatē ad aliquid conuerſam · ſed
habent ſolum potentiā voluntatis
culpa originali iuſtitia deſtitutam ·
poſſunt iuſtificari ſine motu prop̄e
voluntatis . ¶ Tercia ratio ſumit
ex ſimilitudine diuine operationis
in rebus corporalibus Deus enim
aliquem profectum producens quē
iterum poteſt producere natura ſe-
cundum eandem diſpoſitionem ꝓ-
ducit ſicut ⁊ natura Sed ſi deꝰ ali-
liquem miraculoſe ſanet . ſanitatez
in eo cābit cum quadaz adequatio
ne humorum · quam etiam non o-
perando interdum ſanat aliquem
ſecundum illud philoſophi in ſecun
do phiſicorum · Si natura faceret
opus artis eodem modo faceret ſi-
cut ars facit et econuerſo · Ex natu
ralibus autem homo iuſtitiam a
liquam habere poteſt dupliciter . V
no modo vt naturalem vel in natā
ſecundum quod quidam ex ipſa na
tura ſunt proni ad opera iuſtitie .
Alio modo vt acquiſitam · Iuſtitie
igitur acquiſite ex operationibus ·
ſimilis eſt iuſtitia infuſa per quaz
iuſtificantur adulti · Unde ſicut in
iuſtitia politica requiritur actꝰ vo
luntatis . quo quis amat iuſtitiam
ita etiam in adultis iuſtificatio nō
completur ſine vſu liberi arbitrij ·
Iuſtitia vero infuſa ꝑ quā iuſtifi-
cantur paruuli ſimilis aptitudinē
naturali ad iuſtitiam que etiam in
pueris inuenitur ⁊ ad euidentiam
vſus liberi arbitrij requiritur .
¶ Preter tamen has rationes iam aſ
ſignatas poſſunt alie quinqꝫ ratio
nes aſſignari ¶ Prima ratio eſt iſ-
ta . Quoniam gloſa ſuper illo paſ-
ſu tercij regum · Poſtula a me q̄d
vis vt dem tibi dicit . Gratia dei ō-
nipotentis liberum arbitrium req̄
rit . ſed iuſtificatio fit per gratiam
dei . vt habetur ad romanos tercio
capitulo . Ergo ſequitur ꝙ ad iuſti
ficationem requiritur vſus liberi
arbitrij Preterea dicit beatus ber
nardus · ꝙ iuſtificatio tam abſqꝫ ꝯ
ſenſu non poteſt eſſe recipientis q̄z
abſqꝫ gratia dantis iuſtificationez
ſed conſenſus recipientis eſt actus
liberi arbitrij . ergo abſqꝫ libero
arbitrio homo iuſtificari non po-
teſt · Preterea ad receptionem for-
me requiritur aliqua diſpoſitio in
recipiente . nō enim quelibet forma
in quolibet recipitur · ſed actus libe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ri arbitrij ſe habet vt diſpoſitio ad
gratiam· ergo ad receptionē gratie
iuſtificantis requiritur liberum ar
bitrium. Preterea in iuſtificatio=
ne impij contrahitur quoddam ſpi
rituale matrimonium hominis ad
deum Iuxta illud oſee ſecūdo Spō
ſabo te michi in fidem. ſed in ma=
trimonio carnali riquiritur mutus
conſenſus ergo multo fortius ī iuſ
tificatione impij Preterea iuſtifica
tio impij non fit ſine caritate· quia
prouerbi. ſexto ſcribitur Vniuerſa
delicta operit caritas· ſed caritas
cum ſit quedā amicicia exigit mu
tuum amorem. quia amicicia ē cū
reamatione vt dicit philoſophus
octauo ethicorum· Mutuus amor
requirit in vtraqz vſqz liberi arbi
trij. ergo iuſtificatio ſine vſu liberi
arbitrij eē non pt Vnde p concluſi=
one huius materie eſt aduertendū
q iuſtificatio eſt motus a deo in a=
nimam poſitus inclinans de ſtatu
culpe ad ſtatum gratie. Ex qua eui
denter comphenditur· q ſicͭ ad mo
tum naturalem quinqz concurrūt.
vt declarat ariſtotiles tercio phiſi=
corum. ſcz mouens mobile· termi=
nus a quo et terminus ad quem et
locus in quo fit motus· ita ad iuſti
ficationem peccatoris primo requi
ritur mouens quod ē deus dans ḡ=
tiam vt dictum eſt. mobile qd ē eſt
anima. locus eſt pars rationalis ī
quo includitur liberum arbitrium
terminus a quo quod ē ſtatus cul=
pe, terminus ad quem quod ē ſtat?

gratie· Ex quibus verbis habetur
vna mirabilis et notabilis conclu
ſio que talis eſt Quod q̄zuis homo
ſit liber et habeat liberum arbitriū
non tamen ex ſe ipſo poteſt per e=
lectionem liberi arbitrij recedere a
ſtatu culpe ad ſtatum gratie· niſi p̄
mo deus mouerit liberū arbitrium
ad electionem talis boni· Et hec fu
it ſententia xpiſti· iohannis ſexto
Nemo poteſt venire ad me· niſi pa
ter me? q̄ miſit me traxerit eū Du=
o ergo iſta ita neceſſaria ſūt ad iuſ
tificationē īpij q vnū ſine altero
non valet· videlicet q deus det gr̄=
tiam preuenientem et mouentem ⁊
homo habeat voluntatem conſen=
tientem per liberum arbitrium
Et hoc ſufficit de ſcdo principali·
¶ Circa tercium principale ſcz effec
tum conſequentem Sequitur enim
gratiam datā ⁊ liberum arbitrium
motum remiſſio peccati ¶ Circa
quam remiſſionē tria videnda ſūt
¶ Primo remiſſio culpe eſt eadem
cum infuſione gratie.
¶ Secundo preſuppoſito q nō ſit
eadem. Quid ſit prius an infuſio
gratie, an expulſio culpe·
¶ Tertio an iſta fiant in inſtanti·

I

¶ Ad primum dico q infuſio ḡ=
tie non ē eadem cū remiſſione cul=
pe. cuius dicti ratio eſt iſta. quia
quecunque ſic ſe habent q vnum
poteſt eſſe ſine altero illa ſunt diſ=
tincta. Sed infuſio gratie poteſt eē
ſine expulſione culpe, Ergo ſequitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ꝙ non eſt idem actus infuſio grati
e et expulſio culpe. Nam in ſalua-
tore noſtro criſto fuit infuſio grati
e. tamen in ipſo non fuit expulſio
culpe. cum criſtus nunquam pecca
uerit. nec in peccato etiam natus ā
ceptꝰ eſt. Prima petri. Qui pecca
tum non fecit. nec eſt inuentꝰ dolꝰ
in ore eius Similiter in angelis fu
it gratie infuſio. et tamen in ipſis
nunquā fuit culpe expulſio. loquē
do de illis angelis qui non peccaue
runt. ſecus eſſet de angelis illis qui
peccauerunt. k

¶ Ad ſecundum dico ꝙ gratia p̄-
cedit expulſionem culpe quod oſtē-
do pluribus rationibus. Prima
ratio ē iſta. Quoniam cauſa natu-
liter p̄cedit ſuum effectum. ſed gra-
tie infuſio ē cauſa remiſſionis pec-
catorum. Ergo gratie infuſio natu
raliter precedit remiſſiōꝫ culpe.
Secunda ratio eſt quoniam agens
naturale non expellit formam con-
trariam aliquam niſi per hoc ꝙ in
ducit ſimilitudineꝫ ſue forme ī ma
teria. ergo eadem ratione et deus ō
nipotens non remouet culpam ab
anima niſi per hoc ꝙ ſimilitudinē
ſue bonitatis ſcilicet gratiam in ea
inducit. et ſic infuſio gratie natura
liter precedit remiſſionem culpe.
Tercia ratio eſt. quoniam ſicut quā
qꝫ culpa remittitur per gratiam. i
ta aliquando gratia expellitur per
culpam precedentem. ſed gratia ex
pellitur per culpam precedentem
expulſionē gratie. Ergo ſimiliter
culpa remittitur per gratiam prece
dentem remiſſionem Quarta ratiō
eſt quoniam gratia creando infun-
ditur et infundēdo cauſatur. ſꝫ cre
atio gratie prior eſt naturaliter q̄ꝫ
remiſſio culpe ergo Quinta ratio
ē agens naturaliter prius ē patien-
te. ſed in iuſtificatione impij gratia
ē ex p̄te agentis. culpa ex parte pa-
cientis ſeu recipientis. ergo prior ē
naturaliter gratie infuſio q̄ꝫ remiſ
ſio culpe. l

¶ Ad tercium dico ꝙ iuſtificatio
impij fit in īſtanti Cuius dicti plu
res ſunt rationes. Prima ratio ē
quia iuſtificatio impij eſt quedam
ſpiritualis illuminatio ſed illumi-
natio corporalis fit in inſtanti non
in tempore. cū ergo ſpiritualia ſint
ſimpliciora corporalibus et minus
tempori ſubiecta. ergo videtur ꝙ
iuſtificatio impij fiat in indiuiſibi-
li inſtanti. Secunda ratio eſt q̊
niam quanto agens aliquod eſt po
tentius tanto ī minori tempore ſu-
um effectum producit. ſed auctor
iuſtificationis eſt deus qui ē infini-
te virtutis ergo iuſtificatio impij ē
in inſtanti Tercia ratio ē quoniā
in libro de cauſis dicitur Subſtan-
tie ſpiritualis cuiuſmodi ē anima
et ſubſtantia et actio ē in momēto
eternitatis ⁊ non in tempore ſed iu
ſtificatio pertinet ad actiomem ani
me. ergo non eſt in tempore ſed in ī
ſtanti. quarto ratio eſt quoniā
in eodeꝫ inſtanti in quo eſt diſpoſi
tio completa in materia. ē ⁊ forma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 E 57

ſed motus liberi arbitrij qui in in-
iuſtificatiōe requiritur ē diſpoſitio
cumpleta ad gratiam ergo in eodē
inſtanti in quo ſunt illi motus eſt
gratia. Et ſic patet tercium prīci-

Feria tercia.

Sermo de homicidio.

Trade nobis danielem a-
liter interficiemus te et
domum tuam. Danielis
primo Heri locuti ſumus de iuſ-
tificacione impij hodie conſiderās
q̄ inter ceteras hominum impieta
tes ē eſſe homicidam. quia tali im-
pietate offenditur corpus ⁊ anima
determinaui loqui de homicidio A

¶ Pro cuius principio pono iſtam
concluſionem videlicet. q̄ non ſo-
lum homicida ē qui manualiter et
corporaliter aliquem interficit. ſed
etiam qui lingua aut cōſilio homi-
nes occidi faciunt. iſta concluſio ca
pitur a beato thoma ſecunda ſecun
de queſtione ſexageſima quarta et
ponitur de penitentia diſtinctione
prima In capitulo Periculoſe: Et
ſunt verba auguſtini ſuperius iaꝫ
allegata Vbi dicitur Periculoſe ſe
decipiunt qui eſtimant eos tantuꝫ
homicidas eſſe. qui manib⁹ homi-
nem occidunt. et non potius eos ꝑ
quorum conſilium et fraudem ⁊ ex
hortacionem homines extīguūtur
Nam iudei dominum nunq̄ꝫ pro-
prijs manibus interfecerunt. ſicut
ſcriptum ē. Nobis non licet interfi
cere quenquam. et tamē illis mors
domini imputatur. quia ipſi eum
lingua interfecerunt. Hec ibi. Et i-
bidem beatus auguſtinus dicit No
li putare te non eſſe homicidā quā-
do fratri tuo male perſuades. ſi fr-
tri tuo ꝑſuades male occidis Et vt
ſcias quia occidas audi prophetaꝫ
in pſalmo. Filij hominum dentes
eorum arma et ſagitte. et lingua eo
rum gladius acutus ꝑmmo apud
deum non minus punitur vn⁹ q̄ꝫ
alter. vt ponitur vbi ſupra capitu
lo Homicidiorum. vbi dicitur. Ho
micidiorum vero tria genera eſſe
dicebat petrus. ⁊ pena eorum parē
eſſe dicebat. Sicut enim homicidas
interfectores fratrum. ita de tracto
res quoq̄ꝫ eoꝝ eoſq̄ꝫ odientes ho-
micidas eſſe manifeſtabat. quia et
qui occidit et qui odit fratrem ſuū
et qui ei detrahit homicida pariter
eſſe monſtratur. Hinc eſt q̄ domi-
